



**Thomae Cormerii Alenconii, Rerum gestarum Henrici II. Regis
Galliae libri quinque. : Ad Christianissimum,
augustissimu?mque Galliae & Poloniae regem Henricum III.**

<https://hdl.handle.net/1874/422191>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


S. qu.















Historia Gentium

Quarto n^o. 374.









N^o 215. 99.

THOMAE CORMERII

ALENCONII, RERVM
gestarum HENRICI II. Regis Gallia:
libri quinque.

Ad Christianissimum, Augustissimumque Gallia:

et Polonia Regem HENRICVM II I.



Ex donat. sub. d. Hessel.

PARISIIS,

Apud Sebastianum Niuellium, sub Ciconiis,
via Iacobæa.

M. D. LXXXIIII.

Cum Privilegio Regis.



THOMAE CORMERII

ALANCONII RERVVM

COLLEGIUM HENRICI II. REGIS GALIÆ

LIBRARIUS

Edoardo Regem Henricum VII.



PARISIIS,

Apud Sebastianum Nivellium, sub Ciconiis.

via Jacobæ.

M. D. LXXIII.

Com Privilegio Regis



THOMAE CORMERII

ALENCONII, RERVM
gestarum HENRICI II. Regis Galliaë
libri quinque.

*Ad Christianissimum, Augustissimumque Galliaë
& Poloniaë Regem HENRICVM III.*



Cogitantē iam dudum, HENRICE
Rex Christianissime, multa geri
quotidie in Gallia, quæ non mo-
dò nostrorum hominum, sed ex-
teriorum quoque cognitione di-
gnissima viderentur, singularis me quidam
amor erga patriam impulit, vt ea mandare li-
teris, & quasi ab interitu & obliuione posteri-
tatis vindicare percuperem, eiusque rei quan-
tum à rebus meis necessariis otij fuit, studerem
omni ratione mihi comparare facultatē. Nam
multò indignissimū esse ducebam, cū Græ-
corum atque Romanorum vel minimæ gesta
a ij

res, exultæ magnificè literis extarent, res Gallicas huius memoriæ vel præclarissimas in tenebris ac situ iacere. Ac eius quidē rei initium, à fortissimi Henrici Regis patris tui rebus gestis cū fecissem, cas omnes ante decennium libris quatuor complexus esse diligentissimè mihi videbar, atque à maximo excellētissimòque Rege Carolo IX. fratre tuo impetrauerā, ut ij libri ederentur (cuius rei diploma eis adiūtum facere fidem potest) cū nonnulli de rebus eiusdem Henrici Regis Belgico bello gestis Gallicè ab egregio viro Rabutino qui in eo meruit scripti non indiligenter commentarij ad me perlati sunt: qui tametsi libris meis magnoperè cōuenirent, tamen in apertum quicquam proferre eorum quæ prius à me scripta essent, nisi diligentissime recognitum nefas esse existimabam: ne prætermisum aliquid, præsertim quod esset peruulgatum, non minimæ mihi culpæ ascriberetur. Sed quod vacuū ea res tēpus desiderabat, multaq; negotia tūm priuata tūm publica, ne dicam fastidiū nescio quod nō modò exorsa, sed iam detexta retexendi, eadēque quasi de integro cōcinnandi me ab huiusmodi studio frequenter abducebant, omnem eius rei cogitationem pene

abieceram : atque identidem ingemiscebam eorum commentariorum , quæ subleuare labores nostros plurimum potuissent , si eos in tempore nactus essem , olim facultatem defuisse . Verùm Augustissima Regina Catharina mater tua , quæ nonnihil de meo illo veteri instituto fama & auditione acceperat , mihi abhinc fere biennium vt cœptum opus consummarem imperauit : qua de causa memet ad illa mea studia retuli , atque Henrici II. Regis historiam , quantum per occupationes licuit , diligenter recognoui : eamque , quam perfectissimam scribere potui , tibi , Henrice Rex , nunc offero , atque in tuo nomine apparere summè desidero . Quod quidem munus , tametsi omnia tibi debeam , tuoque iure quodcunque officiũ atque operas exigere à me possis , tamen grato animo , atq; adeò serena hilarique fronte accipi à te peruelim : nec id mea vnus causa , sed tua quoque ac reipublicæ . Qua enim ratione summam erga parentem tuam pietatem probare omnibus hominibus magis queas , quam si rerum eius gestarum ac nominis illius non tenue , vt spero , monumentum æquo animo acceperis ? aut quid mihi addere maiores ani-

mos ad ea quæ de Francisci II. & Caroli IX.
 Regum præstantissimorum vita rebûsque ge-
 stis inchoavi perficienda possit, quàm si in-
 telligam, mea hæc studia tibi, cuius nutu
 respublica gubernatur, cuiusque limatissi-
 mum, politissimûmque iudicium omnes lau-
 dibus ad cœlum ferunt, minimè improbari?
 Quod tametsi aucupandæ gratiæ tuæ causa
 facere videri possim (quam tamen plurimi
 à me fieri dissimulare non debeo) tamen
 tuum patrocinium in re à me suscepta (quam
 plurimis periculis obnoxiam esse non igno-
 ro) mihi necessariò asciscendum iudicavi:
 ne cuncta ex fide narrasse (quod tibi qui ve-
 rum amas probatum iri maximè confido) mi-
 hi fraudem ferat: ac si fortè vlli eam ob
 causam mihi creare periculum instituant, tu
 me ab iniuria pro tua summa potestate de-
 fendas. Cum verò Henrici Regis patris tui
 memoriam Augustissimæ Catharinæ Regi-
 næ eius amantissimæ coniugi æquè ac tibi
 iucundam atque exoptatam esse intelligam,
 ea quæ tibi latina nunc offero, ne sibi illa
 præreptum quicquam queratur, propediem
 Gallica à me habituram polliceor: quam
 quidem ad rem vel me hæc alioqui causa

EPISTOLA.

magnopere impellit, ne si quis me incio, inconsulto que hosce è latino in Gallicum libros conuerteret, nonnulla secus atque intellexi expressa de latinis meis vel sciens vel imprudens Gallicè efferret, ac aliena in me culpa conferretur.



EXTRAIT DU PRIVILEGE DU ROY.

Par privilege du Roy est deffendu à tous Libraires, Imprimeurs, & autres qu'il appartiendra en quelque sorte ou maniere que ce soit, imprimer ou vëdre vn liure intitulé: Thomæ Cormerij Alenconij rerum Henrici secundi Gallix Regis gestarum libri quinque, sinon le Libraire ou imprimeur auquel ledict Cormier en aura donné charge & puissance, & ce iusques au terme de dix ans entiers & consecutifs apres la premiere impression qui sera faicte dudict liure, le tout sur les peines & amandes plus amplement portees & declarees en ses lettres patentes: Donnees à Paris le dernier Septembre 1583.

Par le Roy en son conseil.

Signé.

GAILLARD.

Acheué d'imprimer le 18. Iuillet 1584.



THOMÆ CORMERII ALEN-
conij Rerum HENRICI II. Galliaë
Regis gestarum.

Liber Primus.



Instituente mihi res hac nostra memo-
ria gestas in Gallia scribere: eaque re-
censere quæ vel pace vel bello acta sũt
(quo ad certè assequi licuit) operæpre-
tium visum est de administrandæ rei-
publicæ ratione, nostrisque moribus
pauca prius exponere: quò nostrarum rerum, ac regni
huius forma & facies quædam pateat: vnde quæ com-
mutationes rerum factæ sunt, quibusque ex causis, &
qua ratione euenerunt, facilius cognoscatur: cuncta-
que ad intelligendum illustria, magisque in aperto po-
nantur. Magnæ enim res, maximique motus, ac per-
turbationes rerum paucissimis his annis existere: ma-
gnæ de religione controuersia atque dissensiones: secu-
ta etiam inde intestina bella, certaminaque ciuilia: mul-
ta, variaque sicuti turbulentis in rebus, decreta à Regi-
bus: ratio immutata religionis, iudiciorum, vitæ, mo-
rum, totius penè reipublicæ.

A

Regni
Gallorū
antiqui-
tas.

Galliæ imperium Reges nostri plus mille iam annos tenent: sed vix res eorum vnquam fuere, quàm hac ætate florentiores, finésque regni ampliores. Nam præter nationes paucas Rheni fluminis accolas, quæ cum paulò ante C. Cæsaris in Galliam aduentum è Germania in Galliam transiissent, linguam & mores Germanorum retinent: & quasdam item regiones, quæ in Austriacæ gentis ditionem paulò ante hæc tempora, Maria Caroli Burgundorum Ducis vnica filia nuptum Maximiliano Cæsari elocata, concessere: & Caroli v. Cæsaris bellis cum Francisco I. Galliæ Rege sese è veteri clientela Galliæ Regum exemere: præterquã Lotharingiam, quæ è regno Galliæ olim disiuncta suos regulos per multas ætates habuit: & conterminos ei Heluetios, nihil ferè est in Gallia populorum, qui non Regibus nostris pareant. His est in populum nationesque subiectas potestas summa, rerumque maximarum omne imperium. Itaque è suo arbitratu bella indicunt: fœdera ac pacem ineunt: tributa imponunt: leges cæteraque omnia suo consilio atque voluntate constituunt. Veruntamen ita nonnunquam cum populo iure æquabili agunt, si id ex vsu suo atque reipublicæ futurum censent, vt populi conuentus magna celebritate habeant, quibus de eius consilio sententiãque summis de rebus plerumque decernunt. Ac illud quidem receptum est moribus, vt cum immatura ætate quisquam succedit in regnum, vel ab hoste Rex captus est, regni procuratio ei plerumque qui genere Regi sit proximus, auctore populo ac Principibus Galliæ commit-

Maria Ca-
roli Bur-
gundorū
ducis vni-
ca filia
Maximi-
liano Cæ-
sari elo-
cata.
Lotharin-
gia suos
regulos
retinuit.
Regum
Galliæ in
populum
summa
potestas.

tatur: quod etiam munus coniunctissimis suis Reges mandant, si quando bellandi causa de finibus suis exeunt. Defertur successione regnum: sed agnatis modo maribus: quod ius ad legem Salicam regno ipsi prope coavam referunt. Populi conuentus ita indicuntur. E singulis prouinciis atque praefecturis populus paucos viros legare de tribus ordinibus constitutum in locum iubetur. Primus ordo sacerdotum: alter nobilium: tertius plebis censetur. Summo secundum Regem honore habentur regij agnati: quos legibus sanciuendis praerunque in consilium Reges adhibent: idque legibus regiis ascribi solet. Duodecim primi Franciæ (quos Pares vocant) patricium dignitatis splendorem obtinent: iisque authoribus fit Regis inauguratio more institutóque maiorum. Cui peragenda Rhemorum oppidum constitutum dicitur. Ea religiosis caeremoniis conficitur: Regemque Archiepiscopus oleo (quod caelo delapsum ferunt) inunctum regno consecrat: nec iustum ferè eius legitimúmque imperium ante creditur. Inde ad Dionysij fanum quod à Lutetia propè abest, acceditur: ibique diadema Regi nonnulla quoque religione sacerorum adhibita imponitur. Ea peracta re, Lutetia Parisiorum metropoli Galliæ Regem triumphali quadam pompa recipi mos est. Sed Duodecim primi partim sunt è summis Galliæ Principibus: partim è Pontificum numero. Pontifices hij numerantur Rhemensis, Laudunensis, Nouiodunus, Belouacus, Catalaudunus & Lingonensis. Principes reliquum numerum compleisse olim existimantur Nor-

Defertur
successio-
ne regnũ.

Ordines
regni
tres.

Pares Frã
ciæ XII.

Archie-
piscopus
Rhemens-
is Regẽ
cõsecrat.
Apud S.
Dionysij
Diadema
Regi ina-
ponitur.

Pares Ga-
liæ ex
numero
Pontificũ.

Ex numero principum Pares.

Pares sedent in Senatu Parisiensi.

Armorū iura ad Magistrū equitum spectant.

Tribuni militares

manix, Burgundix, & Aquitanix Duces: Tolosæ, Flandriæ & Campaniæ Comites, antequam eæ nationes affinitate vel successione in regnum coaluissent: & Carolus Imperator Burgundiam, Flandriamque Gallica clientela subduxisset. Hac tempestate in eum honorem dignitatēque cooptatos vidimus Nauarræ Regem: Vindocinorum, Mompenseriij, Niuernorum, Guyfiæ atque Longauillæ Duces: sed hunc Comitatus Eufij nomine. Nomen eius ordinis celeberrimum, augustaque dignitas: sed haud fere quicquam præter inaugurandi Regis munus eorum curæ incumbit: nisi quod cum maximis de rebus Parisiensem senatum Reges consulunt (id quod rarò fit) assident omnium primi. Ac tametsi hoc in moribus & instituto maiorum fuisse positum feratur, vt in patriciorum collegium haud amplius duodeni cooptentur: nec alios Pontifices præter eos quos memorauimus in eo fuisse audierimus: tamen nonnunquam accidit, prout Regum est ingenium, ac noui nonnulli homines apud eos gratia valent: vel eorum in rempublicam meritis honos habendus, referendaque gratia videtur, plures ex his quidem qui sacerdotes non sunt extra numerum in id collegium referantur. Armorum bellique cura ad Magistrum equitum pertinet. Is Lutetiæ tribunal habet, vbi de iis litibus quæ res bellicas attingunt, ius dicitur. Eiiam pridem adiuncti, sed qui inferiori sunt gradu tres Tribuni militares amplissima dignitate atque auctoritate, quibus castrorum bellique præfectura vnà cum Magistro equitum commissa est. Vniuersæ rei nauticæ

præfectus Admiras nuncupatur : cuius nomine constituti quidam Rotomagi & aliis maritimis quibusdã in oppidis iudices naualium rerum controuersias dirimunt. Huic ascripti tres alij Britanici, Aquitanici, & Mediterranei Præfecti maris pari in iis oris potestate. Rei militaris hæc est ratio. Equites cataphracti è nobilitate ad bina millia delecti perpetua stipendia tertio quoque mense capere legibus debent. Itaque pacis etiã tempore instructi rebus omnibus simul ac minima belli suspicio tumultusue increpuit, sine mora præstò ad sunt. Eorum quisque quaternos equites leuiore paulò armatura ministros habet: ac in turmis omnibus istius generis equitum numerus duplo est cataphractis auctior: qui quòd sagitis olim rem gererent sagitarij etiam nunc appellantur: quorum cuique suus est pari ferè armorum genere instructus comes. In his militibus maximum firmissimùmque Regù præsidium inesse censetur: iis que à Rege præfici summæ nobilitatis viri pro magno beneficio ducunt. Cùm bella impendēt, leuioris armaturæ equitum, peditumque delectus habentur: sed eorum stipendia minimè ultra belli tempora militiæque proferuntur. Minora prædia maioribus iure clientelæ atque patronatus obnoxia sunt: nobiliãque censentur, quæ quod eiusmodi iuris habent. Hæc sunt militiæ addicta omnia: eorùmque possessores qui ex ordine cataphractorum equitum non sunt, cùm bello Gallia tentatur, merere equis suo ære coguntur, si ad eam rem idonei reperiuntur: à reliquis pro bonitate agrorum pecunia confertur, qua in eorum

Rei nauitæ præfectus.

Rei militaris ratio qualis. Cataphracti.

Sagitarij.

Delectus militum.

A Rege
nobilitatē
tur qui in
bello for-
titer ege-
rint.
Nobilitas
transit in
liberos.

Equites
torquati
quomodo
sunt.

Michael-
læa annua
tim Rex
celebrat.

Michaelis
delubrum.
In 14 pro-
uincias
Gallia
diuisa.

locum apti ad militiam sufficiuntur. Qui fortiter in bello egere milites, cum sunt ignobiles, nobilitatis à Rege præmium ferunt. Nobilitas à parentibus, transit in liberos: suntque tributorum imperari cæteris extra sacerdotes annuatim solitorum nobiles immunes. Sed cum in bello egregium ab ipsis nobilibus quicquã geritur, Equites à Rege declarantur: credo ut id sit præclari equestris facinoris monumentum: idque honoris cum confertur, complexu Rex, Imperator uel exercitus eos viros dignatur: simul eorum humeros leuiter ense concutit. Summus verò præclare ac fortiter gestis rebus tribui honos solitus in ordine torquatorum equitum consistit. Eorum conuocato annuatim concilio Michaellæa Rex celebrat ordinis huius ipse princeps. Is diuus pro tutelari ab eo ordine magna religione colitur: estque conscriptis in eum conchulatus torquis insigne: cuius extremo Michaelis signum efficta rupe in summa sese efferentis dependet. Id ex eo institutum à Lodoico xi Rege, cum ante hic ordo præferre stellam soleret, quòd extremis Normanix finibus Michaelis delubrum in rupe excelsa atque admirabili magnificè exstructum venerationem summam habet: quod cum magno ambitu mare alluat, refluxens innumeram conchularum multitudinem specie haud inuenusta arenæ immersam derelinquit. In quatuordecim fere prouincijs Gallia diuisa est: singulisque præses eum imperio præponitur. Is ne prouincialium motus quisquam existat prouidet: ac ut ab hoste vndique prouincia tuta sit: hæcque amplissima munera illustrissimæque Gallix

existimantur. Ineunte regnum Henrico Rege prouinciæ hæ ferè numerabātur. Francia, Burgundia, Normania, Aquitania, Britania, Campania, Aurelij, Piccardia, Occitania, Lugdunenses, Delphinatus, Prouincia, Sabaudia & subalpinae regiones. Regia familia sic se habet. Maximus ministerij aulici magister summa domesticis in rebus auctoritate pollet. Hic describit qui familiaribus muneribus inseruiant: expungit indignos: ac in demortuorum locum alios substituit, consulto tamen prius paucis verbis Rege. Suppræfecti eisdem ministerio quatuor sunt, paulòue plures: qui regie familiæ magistri nominantur. Hi regis epulis præfunt: easque apponi regie mensæ curant: ad eos etiam diurnæ rationes impensarum in epulas pecuniarum referuntur. Sacri cubiculi præfectus summus cubiculariis pluribus præpositus suppræfectos quoque habet, non minime ipsos loco habitos. Hippocomia, regis equis præfectum magnum stabularium appellant. Is præest stabuli præpositis: ad quos tractandorum equorum cura pertinet, ac nobiliorum puerorum, educatio, quos alij in regia magni honoris loco parentes ducunt. Eorum qui sunt clariore gente orti epulas poculæque ministrant Regi: præstòque adsunt in adibus, si quid iubeatur. Dispositorum etiam equorum per omnem Galliam attributa ei muneri præfectura: quorum ea ratio est vt mutatis certo locorum interuallo equis ingentia spacia minimo tempore conficiantur. Custodiæ regie ita comparata est ratio, vt ducenti è nobilium grege in intimis tectis eam gerant: præter hos cohors præ-

Sumus
magister
domus
regie.

Suppræfecti
regie
familiæ
quatuor.

Sacri cubiculi
præfectus.

Præfectus
equorum
regiorum.

Custodie
regio ratio.

Sanctius
consiliū.

Nomophylax
sigillorum
regiorum
custos.

Libellorū
supplicū
Magistri.

Cancellarius.
Quatuor
scribæ
Regij.

Centum
scribæ seu
Secretarij
regij.
Perpetui
in Gallia
magistratus.

toria equitibus constat quadringentis: in quibus Scoti centū numerātur: Heluetiis adhęc centū peditibus. Sed quò respublica perpetuo amplissimorū virorum cōsilio regetetur, sanctius consilium institutum est à Regibus summorum Gallię procerum: quorum autoritate iudiciòque plęraque in omni republica constituuntur. Hoc in ordine præcellit Nomophylax sigillorum regiorum custos, quem Cancellarium nominamus: summusque togatis hominibus honorum gradus hic ducitur. Is, vt ea quę à concilio sacratione constituta sunt, rectè perscribantur: vt in Gallia magistratus suum munus cum integritate ac fide obeant, prouidet & curat: omnibusque de rebus cōfecta regio nomine diplomata iuris rectique ratione ac statera examinat, & expendit. Libellorum supplicum in regia Magistri certo numero constituti sunt, qui de postulatis omnium ad cōsiliū sacrationis referunt. Sed si haud ita magni momenti res est, literis regiis suo arbitrio subscribunt: quarum æquitatem iniquitatēve dispicit postea Cancellarius. E Scribis regiis Quatuor primi cæteros omnes autoritate longè præcedunt: quippe qui de Regis ore assiduè mandata summis de rebus excipiunt: resque à sanctiore consilio decretas perscribunt. Inferiori ab his ordine qui iis de rebus quæ ad ærarium pertinent literas exarant. Cæteris conficiendis regiis codicillis paulò amplius centum præfecti Scribæ: iique omnes Secretariorum regiorum nomine cohonestantur. Perpetui sunt in Gallia magistratus ac iudices: ceteraque quibus à Rege quisquam præficitur munera pene omnia Senatorum

torum curiæ è quibus de cæterorum magistratuum appellationibus iura peterentur, constitutæ hæc, Parisiensis, Tolosana, Burdegalensis, Rotomagensis, Aquensis, Gratianopolitana, & Diuionensis. Additæ his Camberitana & Taurinensis post subactam Sabaudiam & Subalpinas nationes à Francisco Rege. Inter has illustrissimum dignitatis ac splendoris locum Parisiensis senatus sibi vindicat. In quaternas ternas uel classes distinctæ ferè hæc curiæ: quibus in classibus separatim confessus senatorum habentur. Singulis classibus suus est constitutus Præses, præter ternos quaternos uel primæ classis, sed est vnus vniuersi senatus princeps, quem primum curiæ præsidem appellant. Primores patrum in principe classe stationem habent: hisque per hebdomadâ audiunt de aduocatorum ore controuersias. Eorum altercationibus disceptationibusque perpensis, cum capita paulisper contulere, pronúciant. Hæc ferè iudicia sunt appellationum ab interlocutionibus minorum magistratuum: qua ex re mirum quàm multiplicentur ac crescant lites. Cætero tempore scripto concinnatis litibus operam impendunt: quod vnum fit in cæteris classibus, præter eam quæ iudiciis præest capitalibus. Ea accitis vicissim Consiliariis ex aliis classibus conflatur: statosque dies habet, quibus de interlocutionibus inferiorum iudicium, aliisque eorum sententiis ex tempore prolatis ius dicit. Regales Cognitores in singulis curiis terni constituti, inter quos regius Procurator primas tenet: duo reliqui Aduocatorum regionum nomine censentur. Mandatæ eorum curæ sunt publicorum iu-

Senatorum
Curia.

Parisiensis
senatus
cæteris
præstantior.

Stati
dies.

Regales
Cognitores.
Procurator
regius.
Aduocati
regij.

dicioꝝ quaestiones reruꝝque fisealium lites: ijdẽ-
 que si iniqui quicquam à senatu vllus postulat, inter-
 cedunt. Etiam priuatis in litibus, si digna res animaduer-
 sione eorum videtur, in causam descendunt: ac senatui
 penè præscribunt, quid propositis de rebus decerni ve-
 lint. Sed non prætereundum leges constitutionesque
 regias nostris moribus ab his Senatorum curiis com-
 probari solere: parũque si prætermissa ea res est au-
 ctoritate valere. Prouinciæ in præfecturas municipa-
 les ac diceceses sunt diuisæ. Dicecetæ qui his præfunt Se-
 neschallos Balliuosque Galli vocant: quæ munera cum
 militia deditis viris mandari soleant, præfectis attribu-
 ti togati, literatiue viri togati in præfecturæ cuiusque
 oppidis, qui iure dicundo eorum vices expleant. Præfe-
 ctis dicecesium pedarij quidem iudices minorésue ma-
 gistratus plærunque subsunt: à quorum sententiis ad
 præfectos prouocatio est. Sed plærisque in locis multi-
 plici admodũ gradu sunt inferiora tribunalia, magno
 vt videtur, litium incremento, damnóque reipublicæ.
 Honoraria sportulasue iudices omnes è mandatis
 scripto litibus capiunt: eas que ipsi æstimant: aliisque
 nonnullis è rebus lucrum faciunt, præter mediocre sti-
 pendium quod è fisco eis datur. Sinuosa verò & per-
 plexa atque adeò à vulgi vsu abhorrens, cóque calum-
 niis cum primis opportuna tota litigandi disceptan-
 dique ratio. Romanarum legum iurisque ciuilibis ma-
 gnus in foro vsus, pontificioruꝝque decretoruꝝ: Etiã
 frequenter in foro lau dantur auctorum iuris vt cun-
 que insulsi interpretes. Concinnandis litibus ingens

Prouin-
 cia in
 præfectu-
 ras mu-
 nicipa-
 les diui-
 sæ.

aduocatorum procuratorumque turba magno ære in foro operas chartulatum venditat: eorumque artibus lites in longissimum tempus vulgò protrahuntur: raroque ius suum cuiquam constat, nisi magno labore ac fortunarum detrimento quæsitum. Præter hos iudices à Carolo viij Rege concilium pratorianum aulicumque institutum, quod haud longe à regio comitatu consideret (id magnum consilium appellant) cui à Principe certa litium genera mandantur: sed de sacerdotiorum maiorum possessione maximè (nã hæc de possessione iudicia Pontifices Maximi nostris Regibus permisere: sibi atque Episcopis iuris ac titularij iudicij sacerdotiorum cognitionem retinere) præterea siuira è pluribus senatus curia à litigantibus adiri debeat ambigitur: itemque si causa esse videtur quare ipsas senatus curias sibi iniquas quisquam eiuret. Ad hoc quoque conciliū appellationes à pratoriani iudicis qui præpositus regie familie dicitur, sententiis referuntur. Is iudex aulicis est datus, cum quid inter eos controuersia nascitur: eiusque ad curam pertinet, vt in regia æquo precio cibaria vaneant. Fiscalium præstationum exactores varij vbiq; constituti: sed qui nomina singulorum tabulasque inspiciat, eorumque fraudibus obuiam, in prouinciis maioribus cum potestate & auctoritate præfecti Quæstores, quos Thesorarios ac Generales vocat: ad quos annuatim à regia mādatis perfertur, quantum cuique prouinciæ tributū Rex imponat: eisque censendi ius est quātum ea ex summa municipia quæque conferant. Peræquatores, quos Electos vocitant: præscriptū cuique municipio

Lites in longissimum tempus protrahuntur.

Magnum consiliū.

Quæstores qui & Thesaurarij. Peræquatores qui & Electi.

ac præfecturæ summâ in singulas parœcias distribuūt ipsi deinceps parœciarum contribules delectis à seviris rem committunt: iique æstimant, quid à singulis è plebe præstetur. Sed ab hac collatione tributóq; nobilitas ac metropoles prouinciarum ferè omnium sunt immunes. Si quæ tributorum, vectigaliumúe causa lites quibuscunq; intercedunt, earum rerum iudicia curiarum quarundem sunt in senatus modum constitutarú, quas Generalium curias appellamus. Lutetiæ præterea Concilium est certorum magistratuum quò velut ad ærarium Quæstores omnes Galliæ ac exactores rerum fiscalium suas rationes referunt. Præterea Nannetibus in Britannia prouincia: Monspefuli in Occitania: Diuione in Burgundia, Gratianopoli in Delphinatu: Aquis Sextiis in Prouincia: Blæsis etiam quoddâ paruulum. Sed Parisiense concilium longè latèque cetera omnia superat: cui rationes regię familię, ac ceterarum rerum maximarum referuntur. Sed magna dignitas in Gallia ab opibus potentiáque comparatur: præsertim cum quis illustrioris nominis prædia possidet. Itaque Principum loco Duces, Marchiones: prope etiam Comites ac Barones habentur. At verò quatuor vulgò subsunt Duci Comites: pari numero Barones Comiti: totidem Castellani Baronibus: Castellanis prædiorum nobilium nonnulli domini. His dominis iura sunt in plures fundos quedam patronatus. Sacra religióque sic se habent, vt Romano Pontifici summa in iis auctoritas tribuatur: fuitque sub hæc tempora atque ab omni me-

Qui immunes à tributo.

Duces
Marchiones.
Comites.
Barones.

moria Pontificis Maximi nomen omni in populo sanctissimum. Archiepiscopi, Episcopi, Abbates à Pontifice Maximo creantur, quos Rex designarit: eaque ratio ac forma compositione inter Franciscum I. Regē Gallia ac Leonem X Pontificem Max. de sacerdotiis facta introducta est: cum his de rebus maxime olim nostris regibus contentiones cum Pontificibus Max. existissent. Regales prope horum Antistitum opes & copiae: iisque omnibus ad liberaliter ac splendide viuendum magna facultas datur. Curiones minoribus sacerdotiis precepti sunt. eaque his à Pontifice Max. atque Episcopis Abbatibusque tribuuntur. Ad hos minorum sacerdotum magna multitudo confluit. Sacra facere iis modo fas est qui ab Episcopis consecrati atque initiati sacris fuerint. Sacris faciendis preter vulgares sacerdotes Canonorum collegia instituta sunt magnis attributis cuique copiis & possessionibus: preterea monachorum infiniti ordines varij inter se instituti: quorum vitæ quæ profitetur duriciem castimoniâque multiplices monialium conuentus imitari voluere. Sed sacris de rebus institutisque religionis atque Theologiæ, ceremoniisque omnibus decernendi ius maximum: sed sic vt à Pontifice Max. Conciliisque vniuersæ ecclesiæ, quibus ille præsidet, non discedant, Theologiæ Doctores sibi vendicant. Hi crebras publicè suis in scholis inter se disputationes habent nulla orationis cura aut copia: sed minutis syllogismis miram suis in vtranque partem versandis retexendisque placitis subtilitatem atque acumen ingenij perhibent. Qui in numerum Doctorum ascri-

Qui creantur à Pōt. Max.

Doctorum disputationes.

Licēciari.

bi volunt, periculum orationis cū fecēre Baccalaurei honoris causa nominantur. Cū in eo disputationum curriculo annos aliquot versati sunt, in licēciariorū qui dicuntur ordinem cooptantur: hīsque dehinc de religione censendi agendique facultas conceditur: & pauco interiecto tempore Doctores euadunt. Eorum decretis qui non paret impietatis crimen subit. Hæc fortasse breuius quā vt intelligi ex iis, perspicique planè res nostrę possint: sed ad ea quæ memorare institui cognoscenda rem leuiter attigisse nobis esse visum est satis: etiam ne nostris hominibus superuacanea ista videantur, non nihil metuo.

Henricus Secundus Francisco I. Rege mortuo, cui vnicus de tribus Filiis cum Margareta sorore superstes fuit Rex est Gallię patriis legibus atque institutis statim appellatus. Id fuit pridie Calen. April. anno post Christi natalem millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. Is tum annum ætatis agebat octauum & vicesimum ac Catharinam Medicem Bononię Principem Laurentij Vrbinatum Ducis filiam fratris Clementis vij. Pontificis Max. proneptem in matrimonio habebat. Eam coniunctionem iam olim Franciscus Gallię Rex Henrici pater, cū adhuc Franciscus Delphinus filiorum natu maximus, ac item Carolus Engolismorum Dux è natis minimus viuerent, vtrò ambierat, postquàm ad Ticinum captus à Cæsarianis & in Hispaniam perductus, quo in loco minimè eum regaliter acceperant: quemque nisi durissimis conditionibus post longum tempus Carolus v. Cæsar vt dimitteret,

Henricus
annum æ-
tatis suæ
28. agens
Rex ap-
pellatur.
1547.

Franciscus
Henrici
pater apud
Ticinum
captus in
Hispaniã
olim per-
ductus est.

adduci non potuerat, pergrauiter ei his de causis esset
 offensus: neque eam ex animo iniuriam deponere po-
 tuisset: atque vti eam vlcisceretur: & Neapolitanum
 regnum maioribus suis ereptum: itémque Mediola-
 num, totámque Insubriam recuperare, ac bellum in
 Italia gerere commodiùs posset, peropportunam eam
 cum Clemente Pontifice affinitatem existimaret. Cle-
 mens verò ipse tametsi propter Alexandrum Medicem
 cui Margareta Cæsare, sed non iusto matrimonio nata
 desponsa fuerat, affinitate coniúctus Cæsari videretur,
 tamen haud ita pridé Romæ captus à Cæsariano exer-
 citu: ac illiberaliter à præfectis Cæsaris tractatus:
 tum etiam Mutina de qua cum Alphonso Atestino
 Ferrariæ Duce contendebat sibi à Cæsare arbitro ab-
 iudicata, duo illata ab eo sibi pergrauia vulnera iu-
 dicabat. Catharinæ verò genus: illustrissimum fuit.
 Nam Ioannes Medices, quem Biccium appellauêre:
 Florentiæ ortus ciuitatē ab intestinis seditionibus ani-
 mi magnitudine, prudentiâque singulari liberauit: atq;
 in ea pro tâtis meritis principē locū obtinuit: idémque
 omni populo quã gratissimus exstitit: ac ingentes opes
 propéque regias bonis artibus cumulauit. Ab eo ortus
 Cosmus, quē Magnū propter egregias virtutes summā
 que potētiā nominauêre, tâta liberalitate fuisse memo-
 ratur, vt vltro nobiliū virorū qui se per egestatem tue-
 ri non possent, ac aliorum quorumcunque fortunas
 suis copiis subleuarit: atque ea de causa ciuiū suorum
 nomina descripta penes se habuit: quæ post obitum
 in secretioribus eius arculis sunt reperta: eique mortuo

Clemētis
 P.M. affi-
 nitas per
 opportu-
 na.

Cathari-
 nę Medi-
 ces Franc.
 Regiæ
 genus.
 Iohannes
 Medices
 Florentiæ
 principē
 locum ob-
 tinet.

Cosmus
 Magnus.

patris patriæ à suis ciuibus nomen est delatum, ac tumulo inscriptum. Eius filius Petrus præmatura morte absumptus, tres tamen filios reliquit, Laurentium, Iulianum & Iulium posthumum: è quibus Laurentius, cum in ea tempora incidisset, quibus in varias atque periculosas factiones tota Italia distrahebatur, eas magna ex parte composuit: ac quoad quidem vixit effrenatam bellandi nocendique proximis libidinem Principum ac populorum Italiæ repressit. Quin eius interitus viam Carolo viij. Galliæ Regi per Lodoici Insubrium Ducis artes aperuisse ad Neapolitanum regnum: atque Italiæ vastitatè attulisse existimatur. Iulianus verò frater cum per insidias à Bernardo Bandino esset casus, ac Bandinus ad Turcum Imperatorem profugisset, ab eo conquisitus atque comprehensus ad Laurentium fratrem est remissus: tantum apud exteras barbarasque gentes Medicei nominis splendor atque claritas valuit. Iulius autem Hadriani in Pontificatu successor Clemens est appellatus. Is fuit Catharinæ Reginæ abpatruus. Abs Laurentio orti sunt Petrus per seditionem ex eius in Carolum viij. Galliæ Regem studio suis ciuibus suspecto coortam in Gariglianum flumen demersus: Iulianus qui sine liberis excessit è viuis: & Ioannes Medices qui Pontificatum Maximum ante Clementem gentilem suum adeptus Leo x est dictus. Petri filius Laurentius fuit: qui Vrbinatum Dux est appellatus. Ei per Leonis Pontificis ac Francisci Galliæ Regis gratiam Margareta Bononia Aruernorum Princeps nuptum est collocata: à quibus nata Catharina Regina est: cuius nuptiæ summa

Clemens
P. M. M.
vixit per
abpatruus
et

Clemens
P. M. M.
vixit per
abpatruus
et

Clemens
pontifex
Rom. Ca
tharina.
Reginæ
abpatruus.

Clemens
P. M. M.
vixit per
abpatruus
et

Leo. x

summa celebritate Massiliæ factæ sunt anno restitutæ salutis millesimo quingentesimo trigesimo tertio: ac dies triceni omni ludorum apparatusissimorum atque magnificentissimorum genere consumpti. Per id tempus secreta colloquia Franciscus Rex Clemensque Pontifex inter se de rebus maximis habuerunt: ac tum à Pontifice Max. gratificandi Francisco Regi causa Cardinales facti Odetus Castillio: Philippus Bononius Ioannis Stuardi Albanæ Ducis, cuius vxor Catharinæ matertera fuit, frater: Claudius Gibrius Philippi Chabotij præfecti Gallicæ classis auunculus: & Ioannes Venator Franciscus Regi propter comitatem ac vitæ innocentiam percharus. Sed Henricus regnum adeptus Annam Mommorancium Magistrum equitum rei militaris ac gubernandæ reipublicæ peritissimum, qui auctoritate gratiâque plurimum quondam apud Franciscum patrem valuerat: sed nonnulla Francisci Regis offensione animi septimum ferè iam annum regia abstinebat, vt incerta plærunque ac mutabilis esse gratia Regum solet, continuò Henricus Rex accersit: eiusque consiliis plurimum deinceps est usus: & Caroli Lotharingi sui prope æqualis: cum ad eas res Franciscus Rex Turnone Cardinale & Aneba nauticæ rei præfecto præcipuè vteretur. Primum omnium Hæricus Rex pro suo religionis studio, cum pessimo more cuiusque generis ordinisque homines suis sermonibus ac colloquiis etiam leuissimis de rebus obtestationes Dei, diuorumque, deiuria, execrationes, ac diras imprecationes admiscerent, nec vlla penè esset iurisiurandi religio, id

Cathari-
ne regine
nuptiæ.

Cardina-
les facti
Odetus
Castillio
&c.

Anna
Môm-
rancius
Magister
equitum
in gratiâ
reuoCAT.

Lex in
Deum
blasphemans
lata.

Media
pars decu-
marum
Sacerdo-
tibus re-
missa.

Pōr. max.
rer. Eccl.
modera-
tor.

De Luth-
eranis iu-
dicia in-
stituta.

Funeris
regū re-
ligio.

scelus compescere studuit: pœnamque in eos qui hæc
admitterent lata lege constituit. Mox etiam ut abun-
dantiùs propensù erga religionem animum atque pie-
tatem sacerdotibus probaret, mediam iis partem decu-
marum, quæ indictæ à Francisco Rege fuerant, remisit.
Etenim ex amplissimis sacerdotiorum fructibus, si quæ
necessitas incidit, & iam olim nonnunquam, & nostra
memoria frequenter, Reges nostri decerpunt quod-
cunque pecuniæ libuit: sic ut eodem anno multiplices
plærunque decumæ ab eodem sacerdotio exigantur:
câsque quaternas paulo ante quàm moreretur Francis-
cus Rex indixerat. Id tributi genus, quod charitatis be-
neuolentiæque in Reges causa vltro præstare sese Regi-
bus sacerdotes vulgò commemorant (propterea quòd
ius esse Regibus in sacerdotia vllum negant, ac
vnicum sacrarum rerù & fortunarum ecclesiasticarum
Pontificem Maximum esse moderatorem volunt) quò
facilius cogeretur, sacerdotiorum omnium Galliæ
Francisco Rege habitus census fuit: magnâque ad æra-
rium ex ea re facta accessio. Eodem ferè tempore cum
multi à religione maiorum passim desciscerent, eius
conseruadæ studio impulsus Henricus Rex nouam in
Parisiensi curia classem è delectis Senatoribus consti-
tuit, quæ de Luteranis iudicia exerceret. Curando Pa-
tris funeri Rex Claud. Anebam, aliòsque nonnullos,
qui gratiosiores patri fuissent præfecit. Magna est enim
funeris Regū religio Gallorum moribus: magnusque
honus habetur cadaueri, dū humetur. Nã quo loco Rex
moritur simulachrū viuo olim Regi similimū lectulo

collocatur: regalísque ei amictus leptrúque adhibentur. Vicenos ad dies præsto esse omnis familia: epulæ etiam apponi eo more quo viuëti Regi: eaq; prægustari solët. Noctu diúque sacerdotes & monachi funebres preces canunt, quibus diuinú Numé regiis manibus propitiú efficiát, noxiasq; Regis expiët. Hæc cùm peracta ritè essent, regiú cadauer Cloti fano elatú Lutetiam funebri pópa trásfertur (Fráciscus auté Rex in Rábuliano haud procul à Lutetia diem extremú clauserat) ac nulla mora facta in Dionysij delubrum regiis sepulchris nobile deducitur, eoque loco cõditur: ac cū eo vnà Frácisci Delphinatis, & Caroli Aureliorum Ducis Frácisci Regis filiorum cadauera: quorú ille annos natus octodecimveneno sublatus insigni perfidia quarto Idus Augusti anno à Christi natali millesimo quingétesimo. trigésimo sexto: hic eadé prope ætate decimo pòst anno morbo cõsumptus è vita migrauerant. His rebus præter regiã familiã ac Gallië Principes intererant vndeni Cardinales: plerique Episcopi ac sacerdotú ingēs multitudo. Infiniti verò cerei funaliaque media die præluentia solis splédoré lugubrem penè reddere videbantur. Eo loco postridie eius diei Petrus Castellanus Matisconú Episcopus de Francisci Regis gestis, vitáque omni orationé habuit, quem ita orsum accepimus.

In Ram-
buliano
Francif-
cus mo-
ritur.

Oratio
de rebus
gestis vi-
taque Frá-
cisci.

ET si his moribus hócq; ingenio nostri maiores exstítère viri Galli, vt res præclaras gerere quàm aut eas prædicare aut mandare literis mallent: tamen vel hæ dicendi partes quæ mihi mandatæ sunt: vel

Oratio
funebris
de rebus
gestis vi-
taque Frá-
cisci.

recens Francisci Regis memoria qui longo post Carolum magnum Regem interuallo iacentes in Gallia literas è tenebris rursus excitauit, me ad dicendum de rebus eius gestis impellunt. Non enim qui literas in Galliam reduxit, eum destitui beneficio literarum par est: sed si quid in vlllo nostrum facultatis est, id vel maximè ad eius illustrandum nomen cuius beneficio consecuti illud ipsum sumus, meritò iurèque conferemus. Nunc verò me eius rei percupidum tametsi quantum eloquentia doctrinæque multis vestrum cedam non ignoro, lachrymæ dolórque impediūt, ne defungi hac re possim, sicuti Francisci Regis virtus, résque eius gestæ merentur. Tamen conandum est pro viribus ne vlla re desim officio officiosissimi Regis memoriæ: Quòd si quid à me prætermisum erit, vt multa sanè præteriri in tanta magnitudine numeròque rerum præclarè gestarum necesse est, id infinitis linguis orationèque hominum celebrabitur, nullaque atas de eius laudibus conticescet. Natus est Franciscus Rex Carolo Comite Angolifmorum fortissimo atque excellentissimo Principe, & præter eorum temporum mòrem literarum ac bonarum artium valde studioso. Auum habuit Ioannem Comitem qui tanta integritate, tanta vitæ castitate fuit: tanta in Deum pietate, vt miraculis à morte sepulchrum eius clareat: idémque pro Diuo colatur nunc vsque sanctissimè. Abauus ei fuit Lodoicus Aureliorum Dux Caroli Quinti Regis filius, quem Ioannes Burgundiæ Dux ex insidiis Lutetiæ interfecit. Matre Franciscus ortus est Lodoica Philippi Sabaudia Ducis filia: quæ à Rege fi-

Franciscus
filius Comitis Angolifmorum.

lio regendæ Galliæ præposita, cùm is in Italiam bellâ-
 di causa profectus esset, singularia iustitiæ, integritatis,
 fidei, sapientiæ ac virtutum omnis generis monumenta
 reliquit: & verò cum infelici casu captus à Carolo v.
 Imperatore Rex filius fuisset, fortitudine atque prudē-
 tia insignem cladem Galliæ imminentem ab ea depu-
 lit: & conciliatis gētibus Principibúsq; finitimis, pa-
 ctisq; cum hostibus induciis: tùm benignis cohorta-
 tionibus atque auctoritate suos retinendo Galliam pe-
 riculosissimis atque difficillimis temporibus conser-
 uauit: Regémque filium suis infeliciter ereptum regno
 patriæque restituit felicissimè. Vxorem duxit Francis-
 cus Rex Claudiam Lodoici xij. Regis cui in regnum
 successit filiam, Britanniaë Armoricaë Principem: è qua
 præter Henricum Regem suscepit Franciscum Delphi-
 natem, Carolúmque Aureliorum Ducem: qui multis
 iam editis virtutis exemplis erepti nobis sunt etiãmnũ
 adolescentes: illius etiam vita per immanissimum sce-
 lus á Sebastiano Montecuculio ab hostibus ad id indu-
 eto petita veneficio: quósq; nunc ambos sepulchro
 cum patre condi videtis. Filias habuit Lodoicam, quæ
 Carolo Austriaë Archiduci qui póst Imperator fuit des-
 ponsa morte immatura decessit: præterea Magdalenã,
 quæ Iacobo III. Scotorum Regi in matrimonium data
 paucis póst diebus excessit è viuís. Superstitem tantũ
 Margaretam diuina indole puellam reliquit. Mortua
 Claudia in matrimonium duxit Leonoram Caroli v.
 Imperatoris sororem, quæ Emanueli Lusitaniaë Regi
 prius nupserrat. Soror ei vnica erat Margareta primis

Franciscã
 proles.

nuptiis Carolo Alenconiorum Duci, secundis Henrico
 Nauarrorum Regi collocata fratris virtutum æmula:
 eadēque ita culta literis atque ingenio, vt Gallicis
 eius versibus nihil hodie extet concinnius, nihil tersius,
 nihil elegantius. Et quod in maiori laude pono, cūm
 cæterorum poëtarum versus amores impudicos, adul-
 teria, incestus canant, Margaretæ poëmata pietatem
 atque religionem tota spirant: arsque verè diuina è cœ-
 no educta diuinis rebus restituta ab ea cernitur. Regna-
 re Franciscus cœpit annū natus vndeicesimū: de cuius
 maioribus hoc primū dicam, ac verissimè equidem
 dicā, Christianissimorum Galliæ Regū hunc lōgè om-
 nium fuisse Christianissimum. Testantur id sacrosan-
 ctæ eius de religione leges, edictaque, quibus ab impu-
 rissimis hæresibus, quæ in eius tempora inciderāt, Gal-
 liam vindicauit, cūm eæ cæteras ferè omnes nationes
 infestarent. Literas autem liberalēsque artes ita coluit,
 vt cūm aliena iam dudum à Musis Gallia ad eius vsque
 ætatem exstitisset, nūc eam factā Athenas, atque è Græ-
 cia in Galliā commigrasse Musas omnes dicas. Nullis
 ille sumptibus parcebat, vt veterum authorum libros è
 Græciæ Italiæque latebris erueret: eosdēque repertos
 summa benignitate omnibus cōmunicauit. Declarāt id
 qui è bibliotheca regia Fombellaquænsi prodiere libri
 infiniti, aliique in eā rē eōdem repositi cōplures: è qui-
 bus vt omnes fructū caperēt, atque vt artes liberales, lin-
 guāsque peregrinas, sed maximè celebres quas in Galliā
 deuexerat, in ea perpetuè retineret, illis inte pretes ac
 magistros adhibuit: reliquīsque Lutetiæ ornamenti hoc
 vel amplissimū liberaliter addidit. Ac quidē prædicare

Quo tem-
 pore cœ-
 pit regna-
 re Fran-
 ciscus.

Franciscus
 Artium
 liberaliū
 reparato-
 ror.

hoc certò possù, si paucos adhuc superstes menses fuisset, gymnasiũ amplissimũ exedificaturũ fuisse, in quo Hebræa, Græca, Latinaq; lingua, artes ac res mādatur his literis doceretur: sexcenti verò pueri & adolescētes vnà cū doctoribus & magistris regio sumptu aleretur: in eāque rē annua quinquaginta aureorum millia erogaturũ fuisse. Ipse autē omni doctrinæ artiũque principe dignarũ genere perpolitus fuit: neq; eo quisquā rectiũs de literis & doctrina cuiusquā iudicauit. Vtebatur comitibus assiduis viris doctissimis, quibuscũ frequentissimos sermones de artibus & literis habebat: eiusq; epulæ quotidianis huiusmodi colloquiis cōdiebatur. Venio nũc ad eius res bellicas: quarũ quovisu esset atq; sciētia, haud multò post adeptũ regnũ suscepto cōtra Maximilianum Sfortiã bello, cui leo Pōtifex Max. Maximilianus Cæsar, Heluetij, multiq; Italię Prīcipes atq; ciuitates auxiliũ ferrēt, ostēdit: cū Gallicas copias difficilimo itinere ac præruptis rupibus, quā vix singulis iter dabatur, Alpes traduxit: in quo Anibalis gloriam, cuius vel in primis laudibus idem factum celebratur, adæquauit: celeritate autem itineris effecit, vt priũs Prosper Columna Leonis Pontificis Max. legatus caperetur, quā de Frāncisci regis aduētũ nūcius ad eũ peruenisset. Mox cū pacasse Heluetios Frānciscus existimaretur, sed ij Sedunēsis Cardinalis artib⁹ ac dolis fidē fallerēt, atq; cū Rege copiis cōgredi omnib⁹ cogitarent, summa animi magnitudine eosdem ipse adortus Marignanianis in agris profligauit: eiusque fortitudinem experti Heluetij, qui se superiori etate cæteras omnes nationes virtute præcedere existimarent, Francisci fidem ac partes sequi,

Bellica
expeditio
in Maxi-
milianũ
Sfortiã.

Helue-
tiorum
profliga-
tio.

quàm armis deinceps cum eo contendere maluerunt: atque in eius Galliaëque Regū fide & amicitia ad hunc vsque diem magno nostro commodo permanserunt. Quid verò reliqua eo bello gesta commemorem, cum Mediolanum atque Insubria in potestatem Francisci redacta, ipseque Maximilianus Sfortia dedititius, ac fugatus ex Italia: Maximilian⁹ Imperator quire nouare in Insubribus bellum voluerat, paxque ab eodem expetita æterno monumento Francisci Regis virtuti sint futura? Sed cum reducto ex Italia post annos aliquot Gallico exercitu tota Insubria à Carolo Rege Hispaniaë ac Leone Pontifice Max. concitata Gallicum præsidium expulisset, summa animi virtute in Italiam Franciscus remigravit: & Franciscum Sfortiam à Carolo Imperatore Mediolanensibus Ducem impositum Mediolano eiecit. Cuius quidem belli dum reliquias persequeretur Ticinūque oppidum obsideret, fuit ei aduersa fortuna redintegratis eodē tempore hostium copiis, & magna Gallici exercitus parte ad Neapolitanum regnum Francisci maioribus olim ereptum recuperandum profecta: ac item Carolo Borboniorum Duce viro fortissimo, qui à Rege Magister equitum dictus fuerat, ad hostes transfugiente, cui quodcunque in nostris castris gerebatur, & Francisci Regis consilia à certis hominibus enunciabantur. Attamen oppressa quantumuis à fortuna Francisci virtus in ipsa hostium victoria illustris fuit: cum Rex fortissimus conferta in acie manu depugnans infinitos ex hostibus confoderet, nec prius capi posset, quàm hostilium copiarum multitudo in vnum

Mediolanū atque Insubria in potestatem Francisci redacta.

Franciscus iuxta Ticinū capus.

vnum Regem conuerſa cum vno propè concertaret.
 Sed id fortaffe ita ſuperis viſum eſt, vt quoniam in fe-
 rendis forti magnòque animo rebus aduerſis fortitu-
 do quoque verſatur, Franciſci virtus in hoc genere ce-
 lebraretur: quæ tanta certè fuit, vt ipſi etiam Carolo
 hoſti miraculo fuerit: victòrque à victo non modo pa-
 cem, ſed etiam affinitatem popoſcerit: & ei ſororem in
 matrimonium dederit. Cæteræſcius res bello geſtas per-
 ſequerer, vt Galliam aduerſus eũdem Carolum bellum
 identidem renouantem: vt contra Henricum viij. Bri-
 tanniæ Regem qui ſe Carolo coniunxerat, defenderit:
 vt Sabaudiam & ſubalpinas regiones ſubegerit, niſi me
 eius cæteræ virtutes aliò raperent, earumque magnitu-
 do delibare è ſingulis, non eas enarrare, aut exornare
 verbis compellerent. Sed me omninò prætereire tacitũ
 eius liberale humaniſſimũque ingenium non ſiunt,
 quæ ſociorum cauſa bella ſuſcepit: & quæ opportuniſ-
 ſimis tẽporibus fœderatis aut amicis, aut denique op-
 preſſis iniuſtè Principibus auxilia ſubmiſit, opèsque in
 eas res largiter impenſæ. Etenim vt primũ adeptus re-
 gnum fuit, Leoni x. Pontifici Max. auxilia aduerſus
 Franciſcum Mariam Vrbinatum Ducatum nullo iure
 occupantem poſtulantem primò Chiſſium, tum Thomã
 Fluſſatẽ Scutium Lautrechij fratrem magnis cũ copiis
 miſit: niſi quæ è Subalpina prouincia cum exercitu profe-
 cti Mariam iniuſta poſſeſſione deicere: & Leoni Vr-
 binatum Ducatum bona fide reſtituere: cuius Ducatus
 infulis Laurentius Medices fratris Leonis filius eſt or-
 natus. Henricum verò Nauarræ Regem, cuius Ioannes

Franciſc^o
 oppreſſis
 principi-
 bus ſub-
 mitit au-
 xilia.

Vrbinatũ
 ducatu
 Laurentius
 ornator.

Pro resti-
tutione
Regis
Nauarra
Francisc^o
labora-
uit.

Christie-
no regnis
suis pulso
auxilia
missa sūt.

pater eiectus regno summam per iniuriam à Fernando Arragonum Rege fuerat, vt restitueret, magnopere Fránciscus Rex laborauit: ac Nouiodunensi colloquio Arturi Gofferij Boëlij qui teneram Francisci aetatem sapientissimè rexerat, cum Antonio Croio Capreensí, qui itidè Caroli Austriaci præfuerat adolescētia, ré cōfecerat, si Carolus Fernandi nepos pactis stetisset, quòd cū ex fide nō faceret, per Asperalē primū Fráncisc^o Rex Nauarrę regnū recuperauit: sed postquā in Hispaniā vsq; pgressus Asperalis partā victoriā amisisset, Fráncisc^o reparato exercitu eodē Boniuū misit: à quo Fonterabia, magnisq; incommodis Carolus Hispaniæ Rex est affectus. Robertū præterea Marciū Sedaniū nō modò cōtra Emerij, sed cōtra Caroli Imperatoris iniurias defendēdū idē Franciscus suscepit: qua ex re tot tantaque inter maximos potētissimósque Principes bella exarsere, vt de Hispania, Galliaq;, nō de finib⁹ haud ita magnis fœderati Principis certari videretur. Nec verò longissimū locorū interuallum Fránciscū deterruit, quo minus Christierno Daniæ Sueciæq; Regi cōtra Gustauū Sueciæ regnū occupatē magna auxilia per Gastonē Bressam quamontanum mitteret: cui si Carolus Imperator, cui⁹ fororē in matrimonio Christiernus habuit, tãto studio subsidia misisset, nihil è suis possessionibus Christiernus deperdidisset: libérq; & Rex viueret. Quid nūc Mirabilē regij stabuli præfectū legatū ad Fránciscū Sfortiā Mediolani Ducē à Fráncisco Rege missum cōmemorē? qui cū nōnullis obiectis criminibus cōtra ius legationis ac gētū à Sfortia supplicio esset affectus, ita eā iniuriam

Franciscus est ultus, vt id vnum Sfortiæ exitium attulisse videatur. Ulrichus verò Vitembergensium Dux Christophorusq; fili⁹ quorū possessiones Ferdinādus Caroli Cæsaris frater inuaserat, Frāncisci Regis cōfilio, pecunia, diligentia, deprecatione auitis bonis restituti sunt. Sed nunc ad alias eius laudes nostra properat oratio. Nam mihi profecto minimè eorū sentētia probari potest, qui omnē Principū Regūq; laudē in rebus bellicis ponūt: quarū vt expertes Principes esse nō decet: sic nimia bel-landi cupiditas multis principib⁹, eorūq; populo fuit plarūque exitialis. Ac quidē cū diuinitus Reges populi causa cōstituti sint, eorū officiū in populo cōseruādo iurēque æquābili cōstituēdo magis versatur: nec ipsa quidē bella Regibus suscipienda sunt, è quibus tot incommoda populo nascūtur, nisi eò Reges summa necessitate adigātur. Itaq; Frānciscus Rex bella nulla gessit, nisi iniuriis ante appetitus: aut iuris sociorū, amicorūq; tuēdi causa: nec æquas pacis cōditiones ynquā repudiauit. Iustitię autē quā fuerit studiosus exei⁹ cōstitutionib⁹ anno millesimo quingētesimo trigesimo nono promulgatis, cognosci potest: quibus litigādi rationē ancipitē cōposuit: lōgā decurtauit: obscurā illustrauit, ac illis quidē cōstitutionibus ita ius ciuile adiuuari videmus, vt sine his Romana iurisprudētia māca atque imperfecta appareat. Seueritatē in facinorosis hominibus coercēdis Frānciscus duxit: & fractis brachijs ac crurib⁹ latrones rotē illigatos necari statuit: cum in crudeles immanēsque belluas intempestiuam esse lenitatē duceret, idem verò in sōtes, si venia digna res fuit, mitissimus exstitit. Quā-

Dux Vitembergensium auxilio Frāncisci restituitur.

Rotæ sup-
plicium.

Rupella-
nis parcia
Francif-
sus.

obrem cum Rupellani multa seditiose contra regios magistratus egissent, quod tributa quædam sali indicta, ac erepta sibi urbis prefecturâ, redactosque ad pauciorè numerû Decuriones suos doleret, ac Rex Franciscus à multitudinè pro tãto scelere expetere capitales pœnas posset, adire ad eos maluit: eosque sapienti & graui oratione cohortat' reuocatos ad sanitatè vniuersos clemens Princeps cõseruauit, fidè fallere in turpissimis rebus habuit: fuit in ore ei hoc verbum frequens, Si eò res humanæ fato redigeretur, vt nullo religionis metu fidem frangere homines assuescerent, tamè minimè omnium Principibus id esse faciendum: cû ceteri præstare quod debeant cogi iudiciis possint: Principes ad officium sola fide ducantur. Sed me de eius virtutibus plura dicere lachrymæ impediunt: & vos cum earum mecû reminiscimini, tabescere præ dolore video. Tantum addam tamen si spes mihi sit, itaque in animum inducam meû, tot tantisque rebus gestis, vitæque acta sanctissimè Francisci animam simul atque è corpore excessit cœlo receptam fuisse, neque expiatoribus vllis ignibus eguisse, Deum tamen Diuosque vt ei Henricoque filio, ac toti Gallia propitij sint continenter oretis.

Paulò ante hoc tempus ingens bellum Carolo Casari fuit cû Germanis principibus atq; ciuitatibus quæ à maiorum religione, quæ Catholica appellatur, descuerant: de quo cum ad res Gallicas noscèdas hæc res pertineat, pauca dicere, remque etiam paulò altius repetere constitui. Iam inde ab anno post Christi natalem millesimo quingentesimo decimo nono cum Leo Põ-

tifex Max. belli Turcici causa diplomata per Germaniam atque alias Christiani orbis partes proposuisset, quib⁹ iis hominibus qui quid suarum facultatum ad id bellum conferrent, scelerum de iis ritè confessis veniã dabat: atque ex ea re Martinus Luterus Augustinianus monachus in concionatores quosdam Pontificios qui id genus diplomatum in conuentu hominũ recitabant, grauiter esset inuectus: ijque vicissim Luterum impietatis passim accusassent: atque ea re magis incensus Luterus Pontificem Romanum cogere in ordinem, ac de principatu Ecclesiæ deicere tentasset, graues in tota Germania de religione discordiæ atque contentiones exarserunt: & in duas partes distrahi Principes vnà cū liberis ciuitatibus cæperunt. Cū verò in conuentibus Germaniæ, qui annuatim ferè iudici ab Imperatore solent de componendis discordiis religionis actitatum sæpe fuisset: eamque rem bella quæ Carolo v. Imperatori cum Turco Principe, atque item cum Francisco Rege fuerunt, interpellassent, tandem mense februario anno restitutæ salutis hominibus millesimo quingentesimo vigesimo nono decretum perscriptum Spiræ in conuentu, quo ij qui hæctenus maiorum Catholicæq; religioni adhæsissent, eam retinere integram, neque ab eius præscriptis discedere iuebantur. Qui verò doctrinæ genus ab ea dissentiens consecrati essent, atque Catholicæ religionis institutis repugnantes ritus induxissent, à quibus sine seditione abstrahi populus vix posset, vltra progredi nouique præterea quicquam inferre vetabantur, quo ad concilium vniuersæ ecclesiæ con-

Martinus
Eutherus
Augusti-
nianus,
hereti-
cus.

Graues in
Germania de re-
ligione
discordiæ.

Decretũ
Spiræ per-
scriptum.

ueniret. Attamen recepta de Eucharistia doctrina Mis-
 sæque sacrum, integra atque impolluta vbique locorū
 esse sanciebatur. Anabaptistis etiam capitis supplicium
 fuit propositum. Huic decreto intercesserunt Ioannes
 Federicus Saxonie Dux: ac Philippus Hessiæ Princeps:
 cæteri que qui Luteri dogmata approbabāt: atque illo-
 rū rationi multæ è liberis Germaniæ ciuitatibus, quas
 Imperatorias vocāt, sese cōiunxerunt: hique vnà omnes
 ab ea doctrina minimè recessuros, ni ratione & veritate
 atque adeo sacris literis cōuincerētur: ac sibi inter se ad-
 uersus vim fore auxilio protestati sūt: è quo tēpore Pro-
 testantes ipsi, atque eorū affectatores appellari cæpēre.
 Idē postea religionis suæ capita in librū retulēre, quem
 quòd Augustæ in cōuentu Germanico Cæsari esset ob-
 latus, & totā illorū dereligionē sententiā cōtineret, Au-
 gustanā cōfessionē postea vulgò appellauēre. Sed variis
 è rebus prolata re, tandē cōponendorum totius orbis
 Christiani de religione dissidiorū causa Consiliū indi-
 ctū fuit à Romano Pōtifice. Sed eū Protestātes quos di-
 ximus ius cogēdi habēdique concilij nō habere cōten-
 debāt. His rebus adductus Carolus Imperator qui om-
 ninò de religione cōtrouersias dirimere statuisset: atq;
 istud cōsultationibus trāsfigere nequaquā posse aduer-
 teret, armis rē exequi constituit. Tū Io. Federicus Saxo-
 niæ Dux, ac Philippus Hesus, cæteri que socij quātum
 copiarum potuerunt coëgēre: idēque Carolus Cæsar
 fecit: atque oppida nonnulla eorū qui cōtra stabant vi-
 cæpit: & mirandū in modū Germaniæ agros vastauit.
 Eodē tēpore Mauricius Saxo Ioānis Federici gentilis,

Anaba-
 ptistica-
 pitis sup-
 plicium
 imponi-
 tur.

Protestā-
 tes.

Augusta-
 na Con-
 fessio.

Bellū in
 Germa-
 niā pro-
 pter reli-
 gionem.

cuius oppida atque possessiones non modo proximæ Federicianis, sed permixtæ totæ essent, legatos ac literas ad Io. Federicum mittit: quibus Ferdinandum Romanorum Regem magnas ex Hungaria Boëmiâque regnis suis copias ad Carolum fratrem in Saxoniam adducere significat: ac toti regioni vastitatem imminere, ni aliqua ratione salutis patriæ communis provideatur. Nullam aliam perspicere, quàm si Federicus sibi qui cū Cæsare cōiūctus esset, & eandē atque Federicus religionis rationē sectaretur, suas omnes possessiones fidei ipsius crederet: quas ex fide bello cōfecto esset Federico restitutus. Hæc postulatio cū iniquitatem summam habere Federico videretur, Mauricius vi agere instituit: ac receptis Boëmicis Hūgaricisq; copiis multa Federici oppida cæpit: sibi que fidei atque clientelæ sacramēto obligavit. Hæc ferè anno à Christo nato millesimo quingentesimo quadragesimo sexto gerebatur: & ad sequētis anni initiū. Fuere tū in arcto res Protestantium: ac multi è fœderatis conferre pecuniā ad bellū recusabant. His rebus perterritus Federicus Comes Palatinus Rheni qui Protestantibus auxilia miserat, Cæsarem pacare modis omnibus contendit: ab eoque veniam ad pedes eius proiectus multis que cū lacrimis precatus impetravit. Ulricus quoq; Vitēbergæ Dux eandē sequi rationē atq; arma ponere optimū duxit ac p̄ legatos primū: deinde præses suppliciter demissq; vix erat pedibus æger ignosci sibi postulavit: & trecētis aureorū millib⁹ Cæsaris gratiā redemit. Multæ quoq; ciuitates à p̄testantibus defecerūt: ac à Cæsare pecunia multatæ pacē & veniam

Palatinus
comes ve
niā de-
precatur.

Cæsaris
gratia
charè
empta.

impetrarūt. Persecutus autē Cæsar Federicum Ducē, quē ne Vitebergā oppidū Saxonīæ munitissimū sese reciperet magnopere metuebat, ad Albin flumē cū eo cōgressus. x. Maij Cal. paulò ante Frācis Regis exequias, ei' exercitum fudit: ac in facie graui vulnere saucium cepit: eundēque decimo post die perfidiæ læsæque maiestatis crimen luere capite iussit, bonāque hæredibus ademit. Sed decreti seueritatem deprecante pro eo Ioachimo Brandeburgo Electore Imperatorio postea mitigauit: hāsque Federico leges pœnāsque imposuit. Ducatu Saxonīæ atque Electoratu sese vt abdicaret edixit. Gothæ tamen vrbis, cū diruta arx esset, retinendæ spem fecit. Albertum Brandeburgum, quem Federicus bello cæperat, dimitti præcepit: itēque Mansfelliis, Solmæ ciuitati, ac Prussiæ præfecto ablata bello restitui. Vt si quod fœdus cum Principibus vllis, aut ciuitatibus Federicus faceret, iis Cæsar atque Ferdinandus frater comprehenderentur. Sed eum Cæsar vt iis quæ ab vniuerso Ecclesiæ Concilio de religione decernerentur: aut quæ Cæsar ipse de ea statueret, sese obsequentem fore promitteret compellere non potuit. Philippus verò Hesus Mauricio Saxone genero deprecatore pacem à Cæsare obtinuit his præcipuè conditionibus. Defectionis veniam à Cæsare suppliciter postulare iubetur: eiusque decretis sese deinceps obsecundaturum; atque Imperatoriæ curiæ iudiciis spondere. Auxilia Cæsari cū cæteris Principibus ad bellū Turcicum mittere. A fœderibus quibuscunque ac maximè Smacaldico quo Protestantes mutuū auxilium

Federicus
temerita-
tis suæ
pœnas
luit.

Quibus
conditio-
nibus
Philippus
Hesus
pacē
à Cæsare
obtinet.

si religionis causa vexarentur, promiserant, discedere: nec in posterum fœdera nisi Cæsare atque Ferdinando ascriptis facere. Centum quinquaginta aureorum milia Cæsari numerare intra quatrimestre. Arces munitionesque oppidorum præterquã Zegenheni aut Casselli excindere. Tormenta omnia bellica Cæsari permittere: è quibus Cæsar sit quæ Zegenheni Cassellouë muniendo necessaria fuerint, traditurus. Postremò Hêricum, Brusuicum eiusque filium quos hoc bello cæperit liberare. Mauricius & Volphangus Philippi Hessi generi hæc omnia ut per scripta fuerant, facturum eum recepêre. Vbi has condiciones Hesus eiusque populi comprobassent, eum Mauricius ad Cæsarem perduxit: à quo paulò antequàm Cæsari sisteretur, cum chirographum Antonius Perrenotus Granuellanus Episcopus Attrebatensis Cæsaris nomine posceret, quo Tridentini Concilij decretis sese obtemperaturum caueret, idque Hesus recusaret: tandem subscripsit sese liberi, sancti & vniuersi Concilij placitis, quo caput Ecclesiæ membræque repurgarentur, pariturum: ita ut Mauricius atque Ioannes Brandenburgus facerent: cum quibus nihil Cæsarem de iis quæ ad religionem pertinerent vi acturum intellexerat. His ita constitutis ad Cæsarem regali in solio insidentem magna corona Principum atque illustrium virorum Hesus producit: Atque ad Cæsaris genua abiectus per Gontherodū sigillorum suorum præfectum concepti in Cæsarem sceleris veniam dari petiit: simul de proscriptione legē induci, suisque bonis restitui. Eam se rem magni bene-

fici loco habiturum: ac dehinc omnia prolixè & libenter ex voluntate Cæsaris facturum. Ad ea Cæsar per Georgium Seldam respondit. Tametsi Hesus ob facin^o admittum grauiſſimam pœnam sit promeritus, sicuti confiteretur ipse: tamen Principum quorundam precibus, suâque item clementia adductum ei supplicium commertum remittere: atque de proscriptione legem antiquare: bonisque, prout conditionibus esset perscriptum, restituere. Hæc ad III Cal. Iulij acta sunt, ac postea custodes Hesso appositi, secus atque tum ipse tum Mauricius atque Brandeburgus deprecatores futurum sperauerant. Quod Hesus ægerrimè rerum omnium tulit: & vt dimitteretur, Mauricius gener Cæsarem maiorem in modum sæpissimè est obtestatus. Multi tum fuere qui existimarent, tametsi Carolus Imperator multum & ingenio atque armis valeret, tamen ei faciliora omnia cum morte Henrici viij. Angliæ Regis paulò ante Franciscum Regem mortui, tum ipsius Francisci existuisse: quippe cum vterque Princeps à Saxone Hessoque ad societatem belli sollicitarentur: ipseque Franciscus Rex ducenta aureorum millia illis paulò ante quam moreretur misisse dono feratur. Ferè ad hoc tempus Cæsar factus est certior inducias in quinquennium cum Solymano Turcorum Imperatore suo nomine à Gerardo Veltuico esse factas. Cum iusta paterno funeri Henricus Rex amplissimè soluisset, in oppidum Rhemorum proficiscitur: vt vetere instituto Gallia Regum eo loco regno consecraretur. Res

Induciæ
cum Tur-
carum Im-
peratore.

hoc ritu peragi solita. Magna celebrique pompa in oppidum Rex intromittitur. Consalutant magno applausu oppidani: rectaque ad templum Rex precandi causa adit: & mox se recipit in regiam. Postridiè toga coccinea serica indutus ad pectus humerosque ac vtrunque cubitum discissa, cui argenteum pallium superiectum est, lectulo manè decumbit domi. Duodecimprimi, quos Pares Franciæ vocant, statim vt illuxit regiam petunt. Ex eo numero Principes togam auream talarem gerunt: præterea sericum pallium ianthinum, epomidem, aureumque torquem conchulatum ordinis equestris sanctioris insignie. Pontifices sacro cultu amiciuntur. Vbi ad regiam ventum est, pulsat Rhemensis Archiepiscopus fores: rogatque sit ne intus Rex nouus. Cubiculi regij præfectus summus in cõclauis esse ait. Tum Duodecimprimi quid agat, rogat. Præfectus quiescere respõdet. Duodecimprimi excitari iubet, quò eum consalutent, & se in eius fidem dedant atque patronatum. Verùm vt populo fides fiat eius legitimum esse regnum rogare ad templum veniat: parata ibi quæ ad eum consecrandum regno opus sint esse omnia. His actis ipsi Duodecimprimi ad templum properant: quosdamque è suo numero Regi ad templum procedenti obuiam mittunt. Præcedit Regem eò prodeuntem Magister equitum gladium vagina eductum gerens sui magistratus insigne. Rhemensis Archiepiscopus intereà honoris causa it Ampullæ sacri olei obuiam. Ea penes est Remigianos monachos, quam satisfactione accepta

Qui ritus
obseruetur
in Auguratione
regi
Galliæ.

eam reddi commodant magna religione in Gallia habitam: quippe quam sicuti diximus, cœlo demissam ac diuinitus nostris Regibus datam ferunt. Inde cultu Pontificio Rhemensis Archiepiscopus propinquat Regi: eumque sacramento adigit Ecclesię defensorem atque propugnatorem fore: iustitię præterea summè obseruantem: adhęc regium patrimonium abalienatum non esse: criminis tamen causa addicta fisco bona atque possessiones, quę alium ac Regem patronum habeant emancipaturum: eaque subditis pro sua voluntate concessurum. Mox ocreas sericas Regem induunt duo summi præfecti familię cubiculique. Põst nobilissimus Duodecimprimorum qui astrictus sacris non sit, aptat aurea calcaria: quę soluit præfectus summus cubiculi eodem ferè vestigio. Dum hæc fiunt precibus quibusdã vacuum vagina gladium altari superiectum Rhemensis Archiepiscopus consecrat: quẽ protinus Regi præbent duo è Pontificibus: iidemque Pontifices populum rogant, num pro Rege habere intelligant cuius consecrandi causa conuenerint. Quod ubi multitudo voce ac plausu testata est, Rex gladium pro altari gerens iureiurando in sacrosanctorum Euãgeliorum libros concepto sanctè se ius populo dicturum iterum spondet: eumque gladio accingit cubiculi præfectus. Rex postea eundem gladium magistro equitum commendat potestatis numerisque illius momentum. Interea Archiepiscopus ex ampulla delibat quod sacro Chrismati misceat: precésque vario cantu sacerdotes modulantur. Rex mox argenteam clamy-

Ampulla
sacri olei
cœlo de-
missa,
quo nouo
Rex vn-
gitur.

Gladius
consecra-
tus regi
offeritur.

dem exiit: eiusque prouoluti in genua caput, pectus, humeros, cubitum vtrūque: præterea manuum palmas Archiepiscopus sacro oleo perungit: datque in manus consecratas chirothecas sericas. Regalem tum amictū Rex sumit, Diaconalem quam vocant tunicam regiā: præterea togam clamydēque insuper puniceam sericam liliatis figuris aureis conspersam. Pro altari annulus datur in digitum, quasi vt hoc ritu rempublicam Antistes Regi despondeat: moxque idem regium ei in dexteram septrum: ac in læuam sublatę manus effigiem iustitię insigne tradit. Tum Cancellarius Duodecimprimos vetustioribus Principatuum nominibus, quos accessisse regio patrimonio commemorauimus, compellat. Ij regio diademati manus admouent, quod omnium nomine Regi ad caput Archiepiscopus accommodat. Conscendit inde Rex solium: vnāque cum eo Duodecimprimi. Cū assederint, dat Regi osculū Archiepiscopus: hæcque verba proclamat, Perpetuò Rex uiuito: idēque faciunt Duodecimprimi stirpe qui sunt regia: ceteri vesti regiæ modò os admouent pro osculo. Consequitur modulatio frequentium tibicinum, musicique omnium generum modi: præterea sparguntur in vulgus in eam rem conflata numismata. Missam demum concelebrat Archiepiscopus, dumque sacri eius cæremonia libandum patellæ quam mysticus calix operitur est osculum, id cū Rex egit pro munere, vt fit, nummos aureos aliquot inferri iubet: præter hæc panes duos, aureum atque argenteum: præterea poculum pretiosum meri plenum. Sub extre-

Spargun-
tur in
vulgus
conflata
numif-
mata.

mam missam rursus osculum Regi præbent Duodecimprimi: ac inde eidem Eucharistia ab Archiepiscopo porrigitur: quò se summa fide ac religione egisse ac promississe omnia fidem faciat. Ac quidem sub panis viniq̄ue specie Eucharistia Regi consecratur: quod alioquin Pontificiis legibus ac maiorum institutis sacerdotibus solis fas est: scilicet ea ut ex re in nostris Regibus sanctius aliquid, quàm in cæteris hominibus inesse intelligatur. Peracto Missæ sacro in regiam decedentem Regem Duodecimprimi prosequuntur: cæteri que qui adsunt Principes proceresque: ac Duodecimprimos conuiuio apparatusque epulis Rhemenses Decuriones accipiunt.

Subpanis
viniq̄ue
specie
Regi cõ-
secratur
Euchari-
stia.

Multa sunt quæ patriis moribus ineunti regnum Galliæ Regi debentur: quibus è rebus pecunia ingens conficitur. In his magistratus omnes vniuersæ Galliæ, itque quibus immunitas aut ius singulare quoddam superiorum Regum benignitate concessum est, præscriptam pecuniæ summam conferunt, ut hæc à nouis Regibus confirmentur. Id quicquid erat pro sua munificentia Dianæ Pictoni, quæ Lodoici Brezæ maximi Normaniæ præpositi (quo mortuo is magistratus desuit) vxor fuerat, Henricus Rex largitus est. Cùm verò nostris legibus agri resque immobiles à sacerdotum collegiis supra quadraginta annorum spatium possideri sine permisso Regum prohibeatur, quo nomine quoque noui

Diana.

Reges, atque ex ignobilibus hominibus qui prædia nobilia patronaliâque possident, grandem pecuniam capiunt, hanc Martino Bellaio Langeo, cuius, sed Illermi præcipuè fratris, egregia in rempublicam facinora extrabant: grauèque æs alienum vnà cum Illermi hæreditate Martino obuenerat: cùm sponte leuandæ famis Subalpinae prouinciæ, cuius præses fuisset, magnam rei familiaris partem insumpseret, aliisque uiris illustrissimis dono dedit. Vacuos item ac desertos multis locis Gallia agros qui nullus esse usus ferebantur, Francisco Borboni Anguianorum Comiti, Francisco Lotharingo Aumalia Comiti: aliisque uiris amplissimis, quorum opera in bello uiri posset, erogauit. Gilberto Baiardo Villaregiaque Scribis regiis è Quatuorprimis Franciscus Rex præcipuè utebatur: hi- que ad arcana consilia admittebantur. His reiectis, ac Baiardo quoque nonnulla aulicorum inuidia coniecto in custodiam, ubi mœrore breui contabuit, Henricus Rex Ioannem Thierum & Cosmum Clausam Marcamontanum eadem ad res adhibuit. Nicolaus Bussus longauallis, qui maximè Francisco Regi charus fuerat, multisque egregiis facinoribus bello claruerat, inuidia penè oppre- sus omni crimine dicta causa, & conciliatis quibusdam aulicis se exemit. Ioannes Valla sanctioris ararij Quæstor motus eo munere honesta quadam missione: ac in eius suffectus locum Blondus, qui

Martinus
Bellayus
Langæus.

Ioannes
Thier-
rus.
Cosmus
Clauſſa.

Ioannes
Valla.

Robertus
Stephanus.

tantum apud Regem aulicosque gratia potuit, ut triginta millium Francicorum annuum stipendium impetrarit: ferè ad hæc tempora nonnulli è Sorbonicis Doctoribus qui Petro Castellano Matisconum Episcopo erant offensi, quòd Robertum Stephanum regiũ typographum hæresis iam tum suspectum tueretur, eius accusandi causam ex iis quæ in extrema oratione funebri Francisci Regis dixerat, arripuisse dicuntur, quasi de expiatorio igne quod Purgatorium dicimus, Castellanus addubitasset: ac quosdam de suo numero de ea re legasse ad Regem. Tum ut fit, aulicos apud nouum Regem gratiosos qui veteres de gradu deiicere, eorũque honores inuadere studebant, cum variis studiis regia distracta esset, atque sua negotia quisque magis quàm reipublicæ procuraret, tamen honoris Doctorum causa Mendozæ vni de præfectis regiæ familiæ negotium datum esse, ut Sorbonicos Doctores quàm posset liberalissimè acciperet. Is eadem qua cæteri ambitione ab officio abductus, ac suæ rei itidem intentus: & vir alioqui supra æquum dicax ac facetus, vsque eò ut sales rebus quantumuis feriis ac diuinis quidem crebrò admisceret: quæ res in aulico ferebatur: quippe quæ Regis ac Principum animos nonnũquam in rerum angustiis exhilaresceret, his prope cõpellasse Doctores verbis. Scio, inquit qua gratia huc adueneritis. Nempe cum Castellano controuersamini vbinam gentium nunc Franciscus Rex herus optimus agat. Hic videtis implicatos occupationibus nouo in regno omnes: ac ad ea disceptanda de quibus inter

vos cōtrouersia est, tēpus vacuum non dari. Tamē hoc vobis confirmare possum, qui Franciscum apprimē noueram, hoc ingenio semper eum fuisse, vt morari diu alicubi, tametsi nihil eo in loco quod delectationē posset adferre desiderari videretur, nunquam potuerit: vt mihi is ad Purgatorium diuertisse moræ faciendæ causa nequaquā videatur: nisi forte illac prætereunti æstus causa pocilator ei degustandum, vt fit, vinū præbuerit. His rebus motos qui accusatum venerant Castellanium in regia plus valere gratia, quā vt ei facessere negotium aut periculum possent existimasse: rēq; infecta domum reuertisse. Sed Henricus Rex cū perspiceret magno suo commodo fore, si deuinctū re aliqua Pontificem Max. haberet, Gallicos septem Cardinales, qui tum haud magno vsu commodoque reipublicæ in regia versabantur, officij specie Romam misit: quò ij pro iure necessitudinis ac familiaritatis quæ cū Pontifice Max. Cardinalibus intercedit, cum sua assiduitate Gallico nomini conciliarent: simul vt si breui Paulus III. Pontifex Max. qui tum annum a tatis octogesimo agebat, vita excederet, eorum opera in eius locum vnus è Gallis: aut certe non alienus ab eorum partibus legeretur: & paucis diebus interiectis Carolus Lotharingus Guysa Rhemorū Archiepiscopus in Cardinalium collegium nuper vnà cum Carolo Borbone Vindocino cooptatus eodem legatus mittitur, qui Henrici Regis religionem & Romanæ Ecclesiæ obseruantiam apud Pontificem Max. prædicaret. In Italia Petri Lodoici Farnesij Pauli Pontificis filij dura atque intoler-

Carolus
Lotharin-
gusecardi-
nalis.

leranda in populum imperia ferebantur: & plarosque è ciuibus, in his Hieronymum Palucesinum virum illustrem bonis omnibus per iniuriam despoliasse dicebatur: quibus è rebus ingēs populi odium in se cōflauit. His inducti rebus nonnulli è nobilitate in eum coniurant: & quò in occulto magis sint insidiæ, nonnulli è potentioribus inimicitias inter se esse assimulant: & per sui tutandi speciem manum vtrinque cōparant: suisque insulurant, sibi esse in animo iniuriam à præfecto aulici ministerij acceptam vlcisci. Ad ea populares coniurationis officium promittunt: ac sibi tam expromptum esse animum demonstrant, vt si sit opus vel Principi ipsi vim adferant. III. Idus Aug. cū Placentiæ Lod. Farnesius lectica per vibem munitiōnū inspectādarum causa esset delatus: atque in arcem oppidi reuerteretur, è coniuratis seni ac triceni quasi honoris habendi causa primi introgressi statim atque Lodoicū intus conspexere, pontem sublicium in altum tollunt ac portas arcis occludunt: atque illatis Lodoico manibus eum vnà cum quinque Germanis prætorianis militibus, sacrifico que & præfecto stabuli necant. Adhæc complures cum ingenti pecunia fiscos, quam ad muniendum oppidum Lodoicus coarceruarat, atque suppellectilem pretiosissimam diripiunt: simul è muris Placentinos ad libertatem sollicitant: & cum iis de incolumitate pacti Lodoici cadauer de muro catena suspensum producūt: ac demū in fossas proiiciūt. Cadaueri nonnulli è ciuibus odij in eū sui testificādi causa plagas multas intulere. Placētini re inter se publicè cō-

Lodoicus
Farnesius
opprimi-
tur.

ſulta, nūrios ſubitò ad Ferdinandū Gonzaguā Inſubrię præſidem mittunt: ſeque in Cæſaris fidem atque clientelam recipi petunt. Quod cum Gonzagua libentiſſimus feciſſet, præſidium benè magnum celeriter in vrbe collocavit. Parmenſes à Conzagua ſolicitati vt idè facerent, ſeſe in Pauli Pontificis Max. fide permanſuros reſponderunt. Ad hoc tēpus Leonora, quæ Franciſco Regi nupſerat, in Hiſpaniã reuertitur: eique Turonēſis Ducatus & Pictonenſis Comitatus vſuſfructus datus eſt donationis propter nuptias nomine. Ferè ad exitum Octobris pactæ ſunt inter Henricum Gallię & Eduardum Anglię Reges induciæ: tametſi ad ea tēpora Henricus Rex (ſicuti poſt memorabimus) Scotis bello cum Anglis contendentibus auxilia ampliffima mitteret. Pridie Idus Nouembris Catharina Regina filiam eſt enixa Henrico Regi. Erant tūm eis liberi Frãciſcus xj Cal. Februarij anno à reſtituta ſalute milleſiſimo quingentefimo quadrageſimo quarto: & Elyſabetha III. Idus Apr. in lucem edita. Sed recens natæ filię baptiſmus magna adhibita pompa celebratus eſt: ac qui eam è ſacro lauacro ſuſciperent, Heluetiæ totiſſ civitates inuitatæ à Rege teſtandæ ſuæ erga eum populū benevolentię cauſa. Ii per legatos ea re deſuncti ſunt: nomenque regiæ infantis Claudię indiderūt: ac Catharinę Regine munus dedere ſignū aureū affabrè factū, in quo manus figura quaſi è cælo delabēs erat efficta: à qua tredenæ chordæ pendeāt eodē modo conſtrictæ omnes: erantq; ad ſingulas chordas

Placenti-
ni ſe in
Cæſaris
clientelā
recipipo-
ſtulant.

Leonora
in Hiſpa-
niam re-
uertitur.

Inter Hé-
ricum &
Angliæ
regem in-
ducia.

Heluetiæ
ciuitates
ad Regiæ
infantis
lauacrū
inuitatæ.

Rotæ sup
plicium.

Mogis
suppre-
cti Roto-
magen-
sis
cædes.

insignia cuiusque ciuitatis Heluetiorum expressa: tum in signi capite Angeli imago, cui titulus erat ascriptus, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Eo anno multæ, variæque leges ab Henrico Rege feruntur. Primum vt qui ex insidiis cædem fecerint, fractis brachiis ac cruribus rotæ palo infixæ alligati necentur: & ne edito facinore quisquam effugiat, portæ oppidorum vbi cædes fiat occludi subito iubetur: idque ab omnibus qui fieri cædem viderint inclamari: & sedulo omnes operam præbere, vt sicarij præhendantur: si in agris maleficium admittatur, tintinabulorum sono quasi classico viciniâ excitari: præfectisque municipalibus, ac latrûculatoribus iudicia atque animaduersio fontium sine prouocatione conceduntur. Ei condendæ legi causam dedit Mogis supprecti Rotomagensis cædes: qui cum multam Hieronymo Harragosæ Siculo eius vrbs incolæ ob maleficium dixisset, isque de iniquo iudicio ad Regem quæstus calumniæ esset condemnatus, & lis ej grandi ère æstimata, media vrbe assimulato cum Moge alloquio eum in forum prodeuntem sica districta interfecit: & conscenso equo arreptaque fuga in omnium oculis sese tum periculo eripuit: ac quarto post anno pœnam Henriciæ legis etiam apud exterâ gentem subiit. Lex adhæc edita de tribus totius Gallie Tribunis militaribus: qui tum fuere Ioannes Carraciola Melphitanus Princeps: Robertus Marcius Sedanius & Iacobus Albo Andraeanus: ac attributæ prouinciæ singulis in quibus res quæ ad eorum magistratus officium pertinerent curare iuebantur. Hæ ferè sunt: Vt

ficariis & latronibus prouincia purgata sit, ne tenuiores à potentioribus opprimantur: & ne prouincialibus milites vim afferant, iidemque leges militares obseruent. Melphitano datę hęc prouincię Delphinatus, Bressia, Sabaudia, atque Subalpinę nationes. Sedanio Burgundia, Campania, Briáque. Andřano Lugdunęsis prouincia, Syluanectensis, Belloiocensis, Dóbę, & vtráque Marchia: Aruerni, Borbones, Bituriges, Petrique fanum. Attamen si per prouincias aliis ascriptas iter eorum vlli habeant, aux collegę absint, vicaria illis potestas iis in locis conceditur. Magistro equitum, qui tũm erat Annas Nommorantius, principem inter Tribunos locum tenere pro sui magistratus iure permittitur: eidemque prouincię extra eas quę supra sunt enumeratę committuntur. Pręter hęc cũ Parisienses quod se à mendicantiũ molestia liberarent, spontę sibi indicto tributo eosdem publicę alere statuissent: eaque re quasi pręmio elicti è cęteris regionibus egeni eò confluerent, Decurionibus edicit Henricus Rex, vt publicis operibus valentes mendicantes exercent: cęteri egeni, qui aut morbo teneantur, aut mutili sint parte vlla corporis, ptochotrophiorum copiis sustententur. Quibus verò habitatio in vrbe sit, sed suis operis sufficere alimentis nequeant, stipe à contribulibus collata subleuentur: vt quę Cęnobia collegiáque Canonico-
rum quę publicę certis temporibus pecunię, cibario-
rumque erogationem facere in pauperes teneantur, qua
re multi ex egenis inescati operas remittebant, totum
id Curionum atque Ædituorũ qui his viciniore erũt

Mendi-
cantium
inopię
prouide-
tur.

arbitrio huic hominũ generi distribuatur. Cũ autem Senatorum numerus Parisiensi in curia Francisco Rege in immensum auctus esset, quod in magnis ærarij angustiis pecuniæ cogendę causa erat factum, lata lex est, vt ne in demortuorum locum, aut eorum quibus ob maleficiũ abrogatus magistratus erit, vlli sufficiantur, vsque dum ad eum numerum senatus sit redactus, qui erat auspicante regnum Francisco Rege: itẽmque vt cum sacris soluti vlli Regis beneficio senatorium locum adepti qui more maiorum à sacerdotibus tenebatur decesserint, sacris initiati succedant. Alterum eiusdem legis caput minores triginta annis recipi in senatum vetat: ac devita moribũsque candidatorum inquiri diligenter præcipit: vtque vniuerso senatu conuocato fiat de doctrina eorum periculum. Præter hæc vt præfecti municipales qui præesse iudiciis debeant, eorumque legati principi classi senatus, aut ei cui id illa permiserit, mores & doctrinam probent: nec fungi magistratu permittantur, nisi quaternas suffragiorum partes è quinis tulerint. Paulò post id tempus alia lege Scribarum, quos Apostolicos vocant, numerus à præfectis municipalibus definiri iubetur: èque confusa turba legi magis idoneos. Ij antea tot à Pontifice Max. creabantur, quot id munus appetuerant: è qua re acta eorum innumera falsa reperiebantur. Alia item lex magistratus omnes, Aduocatos, atque Procuratores in collegium Decurionum cooptari prohibet: quòd ij homines à causis iudiciũsque districti, ac non magno pere sumptuariarum rationum scientes haud eadem

Minores
30 annis
in senatũ
recipi,
prohibe-
tur.

Scribarũ
Apostoli-
corum
numerus
definitur.

parfimonia & fide atque mercatores opificésque publicam pecuniam administrare comperiantur. Postrema eiusdem anni lex libros Geneva, Germaniáque in Galliam importatos euulgari aut typis denuò excudi vetat, præter quos Parisiensium Theologorum schola approbarit. Sed cum hæc in Gallia agerentur, magnúmque Regis & curiarum senatus studium Romanæ religionis retinendæ multis rebus cerneretur, in Anglia Eduardus Sombreffius Duc, cui regni procuratio voluntate Principum populique mandata erat, dum Eduardus Rex qui pueritiæ annos nondum egressus Henrico viij patri paulo ante Franciscum Galliæ Regem, sicuti supra demonstrauius, mortuo successerat, in suam tutelam perueniret: ac cum eorundem Thomas Grammerus Cantuariæ Archiepiscopus Primásque Angliæ coacto populi concilio statuas Dei ac diuorum, quibus in Gallia honor maximus habebatur, templis exturbant: & Romanæ Ecclesiæ ritus, Missámque, quam Henricus Eduardi pater spreta Pontificis Max. potestate, & monachis regno expulsis retinendam tamen censuerat, impij cultus damnant: sacráque omnia fieri lingua vernacula fanciunt. Sed anno qui fuit post natalem Christi millesimus quingentesimus quadragesimus octauus, hæc geruntur. Ianuario mense Comitatus Aumaliæ qui est in Normania positus, & tum à Francisco Lotharigo Claudij Lotharingi filio tenebatur, Ducatus dignitate atque patriciatus cohone

Libros
Genevæ
impressos
aut in
germania
euulgari
aut typis
excudi
prohibi-
tum.

Angli sta-
tuas Dei
& sancto-
rum tem-
plis ex-
turbant
missáque
impij
cultus
damnant

1548.
Comita-
tus Au-
maliæ du-
catus di-
gnitate
honora-
tur.

statum. Henricus Rex cum regno consecraretur, vel quod ad eam rem milite opus esset, vel multo magis quod paratas copias aduersus Carolum Imperatorem habere vellet, si quid is Germanicis victoriis elatus turbare in Gallia niteretur, Sebastianum Vogelstbergum decem peditum signis prefectum ex eadem Germania euocarunt: isque sub hec tempora cum premio dimissus a Rege domum remigravit. Eum Carolus Augustus ob eam rem maiestatis damnatum, propterea quod victor edixerat, ne Germani stipendia exteris mererent: itemque quod in Perduellium castris Germanico bello fuisset, capite multavit: eodemque supplicio cum eo una affecit Iacobum Mentellum: & Thomam Volphium primorum ordinum duces. Eodem loco xvj. Cal. Martij Carolus Imperator in concilio Germaniae, quod Imperatorij Electores conuenerant, Mauricium Saxonem Electoratu Saxoniae, quem Ioanni Federico ademerat, ornauit: caeterasque eidem Saxonicas Federici possessiones attribuit: quam rem multis caeremoniis adhibitis maxima celebritate Principum ac omnis generis hominum confecit. Eum apparatus a fenestra aedium in quibus Federicus custodiebatur, eundem prospectasse ferunt. Quinto Nonas Martij Parisiensis senatus Ioannem Brugieram, de quo Ilforae, quod est Aruerniae oppidum, habita de haeresi quaestio fuerat, qui que iudicij faciendi causa ad senatum, cui de hoc crimine iudicia regis legibus mandabantur, missus erat, haeresis condemnatum cremari igni viuum iubet: ac eodem iudicio, quod ea quaestione

in-

Sebastianus Vogelstbergus capite multatur.

Mauricium Saxo Electoratu ornatur.

Ioannes Brugieram viuus crematur.

intellectum esset, multos in Aruernia esse improbatæ religionis studiosos, præconis voce edici iubetur, omnes ut ad Ecclesiæ parentis Christianorum normam sese, vitam, morésque component: eiusdem legibus ac Dei immortalis pareant: neque quicquam quo offendi piæ aures possint, contumeliosum in Deum, Virginem Christi parentem, diuos diuásque, Ecclesiam piã Christianorum matrem, atque sacrosancta eius sacramenta, mysteriáque, sed maximè sacram hostiam dicant agátur: neque à receptis ritibus atque institutis maiorũ vllatenus declinent. Ad hæc ut Christianæ religionis capita à Sorbonicis Theologis (id est eis à Parisiensi schola nomen) scripto mandata, regiáque lege comprobata Dominicis festis diebus populo prælegantur: neque quisquam præter Theologos de iis publicè aut priuatim disputare aliúsue Christianis institutis audeat. Multa alia præterea in eam sententiam eodem Senatufconsulto perscribuntur, quibus Catholicæ Romanæque religionis autoritas multis rebus asseritur: & in eos seuerè vindicatur, qui ab ea aut consuetudine inductis rebus deflexerint. Ad Maium mensẽ Cæsar, qui omni ratione pacare Germaniam statuebat, tametsi Principes plerosque atque ciuitates Augustanæ religionis dicto sibi audientes fore atque Concilio vniuersæ Ecclesiæ licet inuitissimos promittere compulisset, librum conscribi iussit, quo nonnulla de religionis antiquæ cæremoniis atque seueritate factorum in Germania remittere videbatur, atque hæc in primis,

vt dum his de rebus Concilium Tridentinum constituisset, sacerdotibus Germanicis vxores retinere fas esset: itemque Eucharisticum sacrum panis vini que specie facere. In cæteris nihil ferè a ritibus publicè receptis discedebatur. De quo cùm relatum ad Romanum Pontificem esset, grauius Cæsarem reprehendit, qui ius decernendi quicquam sacris de rebus sibi vindicasset, quod ad solius Pontificis atque vniuersæ ecclesiæ concilij officium pertineret. Sed nec eum librum Augustanæ religioni dediti comprobarunt: atque maximè omnium Ioannes Brandenburgus Ioachimi Brandenburgi Electoris germanus de eo ad Cæsarem est questus: qui se bello Germanico ab eius partibus ea lege stetit diceret, ne quid sibi religio Augustana fraudi esset. Eiusdem libri sanctionibus Volfangus Bipontinus Princeps reluctabatur: nec vt approbaret ad Cæsarem venire præsens iussus adduci diu potuit. Sed tandem frequentibus literis ac nuntiis euocatus, licet non probare quæ libro continerentur præ se ferret: tamen se imperata Cæsaris facturum respondit. Multæ præterea Germanicæ ciuitates difficiliter assentiebantur: & ministri religionis Augustanæ complures solum vertebant. Ipse etiam Federicus Saxo tametsi captiuus vt ad stipularetur adduci necdum potuit.

Sub hoc ferè tempus grauißima quædam seditio Aquitaniam omnem commouit. In ea prouincia crebræ salinæ sunt propter insularum frequentiam litorumque commoditatem: quod ea variis partibus mare attingit: idque in planitiem fluit, refluitque. Inde

Ad solū
Pontificē
de rebus
ecclesiæ
decerne-
re licet.

Crebræ
salinæ in
Aquitania.

in cæteras Galliæ regiones magna salis copia transportatur: in quibus publicè per præfectos regio venit: ex eoque magnum Rex vectigal percipit: propterea quòd è regio horreo ab omni populo sal sumitur. Sed in Aquitania liberum eius commercium fuit: magnaque propter abundantiam in ea regione eius vilitas. Verùm Franciscus Rex cùm à priuatis compluribus in cæteras prouincias atque adeò ad exterarum nationum propter eximiam salis Aquitanici bonitatem comportari sal intelligeret, qua ex re multum omnino vectigalibus decedebat, in ipsis salinis vectigal capi lege sanxerat: atque ei rei varios præfectos paulò ante quàm moreretur creauerat. Id Vascones, Santonésque ac cæteri Aquitani indignissimè tulère: nec æquum arbitrabantur, quibus locis sal penè nasceretur tantam eius ac remotissimis regionibus esse caritatem, liberumque eius commercium sibi eripi: præfectos verò regio supra quàm credibile est, exosos habebant. Et iam superiore anno ad Consum oppidum in Santonibus multitudo hominum congregata ira & indignatione fremens octo è præfectis conciderat: & Petrocorij eos quibus mandatum à Rege erat, vt salariam legem promulgarent, grauissimis iniuriis vexatos suis finibus eiecerat: & vulgò omnes in Aquitania sabulum atque arenam publicis in horreis sali commisceri contumeliosè criminabantur. Sed hoc tempore primùm Blanzatij,

Salinis
vectigal
impositum.

Præfecti
salinis
occisi.

& Barbesienses è publico horreo sal emere detrectasse feruntur. Quod cum præfecti vindicandum statuerēt, ita à plebe accepti sunt, vt ni Barbezius Comes auxilio iis contra vim fuisset, euasuri multitudinis manus non fuerint. Idem præfecti quòd nonnullos ex ea vicinia qui legem violassent in oppidum Castellum nouum deductos in vinculis retinerēt, multitudo ad tria quatuorūe millia hominum eòdem tumultuosè conuenit, vt vinculis eximeret populares: & Texeroni salarij vectigalis coactori necem minitata vehementer eum territauit. Is de hac iniuria apud Henricum Nauarræ Regem Præsidentem Aquitaniæ questus grauitè, ab eo impetrauit, vt centum cataphracti equites ad coërcendū multitudinem Barbesium mitterentur: quorum pauci à plebe interfecti: reliqui fuga consulere sibi sunt coacti. Ac eò quidem maiore licentia plebs iis locis tumultuabatur, quòd eo tempore Henricus Rex à Gallia abesset in Subalpinas regiones profectus subactas à Francisco Rege. Ergo penè omnibus locis multitudo duces deligere: & indicto bello salinatoribus eos conquisitantes hac illacque greges hominum vagari: multaque ab iis seditiosè per licentiam geri vbique. Ambleuilla vir potens pro sua fide in Regem obfistèdum his ratus qui se in Santonum atque Angolismensium finibus commouerant, cum milites conuocaret, subito multitudinis interuentu penè oppressus omne in fuga præsidium posuit. Eius castellum cum nihil in eū amplius multitudo posset, igne cōsumpsit: eadèmqe Bouchonem regium tota in Aquitania Procuratorem in iis

quæ ad salinas pertinerent, repertum, in Cognaciorum finibus per cruciatum interfecit: ac deinde eius cadauer trabibus impositum in Carentam amnem deiiecit, vt Cognacum, ad quod oppidum id flumen affluit, deueheretur. Pimoreas quidam dux à Barbesiensibus delectus circuncursando errandóque cum caterua hominum copias millium hominum circiter sexdecim confecerat. Fretus eo numero Santonum oppidum in uadit pridie Idus Augusti: ac supræfecti Santonici, regiúque Cognitoris & nonnullorum aliorum domos diripit: criminúmque reos carceribus eximit. Hæc cum oppidani ægrè ferrent, inuenta astu ratio est, quæ multitudinem perterreret. Confictæ literæ sunt, in quibus scriptum erat magnum cataphractorum equitum numerum ad oppidum aduentare: exque in eum locum vbi à multitudine reperirentur secretò proiiciuntur: quæ cum literæ ad Pimoream essent delatæ, illicò profectionis signum dedit, Cognacúmque ire maturauit. Cum ei Cognacij aliquandiu restitissent, in oppidum tandem irrupit: ac de oppidanorum bonis pro libidine multitudo prædatur. Alia coacta turba ad numerum fere quindecim milliú sal in horreis publicis Rufeci conditum diripit: eaque præda magna pars eorum exatiata domum reuertit. Bullo, Galafra, Cramalo, Castellorodulphus qui se ei multitudini duces præbuerant cum quindecim è turba ad Amandium vicum forte diuerterant. Factus eius rei Seuerinas vir nobilis certior rumorem invulgus spargit, trecentos cataphractoros equites eos conquirere: eaque auditione contur-

batos, quos modò nominauimus, paucissima manu comprehendit: atque Angolismam ad Franciscum Rupebellacurtum Regiis in iis locis præfectum perducit. Exciti ea re populares seditionis ferè ad viginti millia hominum in armis ad Angolismæ portas conuenerunt tantúmque terroris oppidanis intulerunt, vt eis capros duces reddere Rupebellacurtus coactus sit. Tùm ferè vbique artifices atque agricolæ relictis operis ad arma concurrebant. Hi tumultuosè vagari, speciémque copiarum præferre: sed turba confusa, nullo ordine, nulla lege, quod quisque concupiisset, ad ius fásque putare, præfectos cõquisitare: multa crudelia atrocíaque in eos committere, quos quis vel falsò salinatores nominasset. Burdegalenses iniriò metu senatus à tumultu seditionéque abstinebant: cæterùm par eorum studiũ cum cæteris idémque fuit. Id cùm senatus perspiceret, ac multos è Burdegalensibus occultè seditiosorum cõsiliij esse participes, vbi appropinquare vrbi multitudo cœpit, Tristanum Moninium virum clarissimum Hèrici Nauarræ Regis Præsidis Aquitanie legatum ad urbem accersit: vt pro sua potestate operam daret, ne quid detrimenti respublica vrbsque caperent. Is ne officio deesset, celeriter ad urbem venit: ac consulto subito senatu, vt res tempusque postulabat commeatum in Hasum Buccinámque castella in ea vrbe præsidij causa olim posita cõportare instituit. Cùm id plebs aduertisset, illicò sese populares seditionis commouère. Moninius quòd sine milite venisset, & parum in optimatibus qui secum sentirent præsidij esse putaret,

Burdegalis
 seditio
 pro salu-
 nis exoritur.

in Buccinam castellum confugit. Id fit xv. Gal. Septembr. Eò magis plebs fremere: vltro citróque cursare si quos è præfectis salariis reperiisset, necare: eorum bona domósque hostili more diripere. Seigno qui propter nobilitatem atque diuitias multum in iis locis autoritate valebat, & Moninio erat amicus, cùm de eius periculo nuntium accepisset, ad urbem approperebat cum equitibus circiter quindecim: ac se velle cum Moninio coniungere minimè dissimulat. Tum aucto supra modum furore ad duo hominum millia de plebe facto impetu publicas ædes, vbi armorum telorúmque omnis generis copia ingens condebatur, inuadunt: armorum quod collibitum est quisque arripit: inde tormenta contra castella dirigere, eaque euertere si possint constituunt: multi atrociter senatui minitantur. Ac quò multitudinem magis concitent, tintinabulorum quibus ad sacra conuocari plebs solet sonitum, quem territantem vocitant, & quo in repentinis rebus ad commouendam plebem vti in Gallia vulgò consueuère, excitant. Senatus vt quoquo modo plebis animos mitigaret, Georgio Casfagnæ præfidi curiæ qui Burdegalæ ortus multitudini gratiofus putabatur, tribúsque aliis senatoribus negotium dat, vt pro sua autoritate atque apud plebem gratia dictis animum eius molliant: iramq; quoad poterunt attemperent. Spondeant multitudini si ab armis recesserit per senatum à Rege cùm eius postulata cognouerit, æqua omnia impetraturam.

Cùm id Cassagna Comitèsque agerent, Decuriones monent id iam iam Moninio repræsentedum quod promitteretur: alia ratione comprimi populi motum non posse. Plebem quoque vt hæc ritè fiant à Moninio flagitare, vti è castello quo se incluserit in publicas ædes migret, quibus prouinciæ præfides eorúmque legati vti consueuerint. Ibi quæ sint ex vsu reipublicæ ab eo Burdegalenses suppliciter esse postulatuos. Præter hæc vt secum bona fide agi intelligant, ad quadraginta è suo numero in Buccina castello intromitti petunt. Cassagna vt hæc Moninio nuntiaret ad Buccinã concedit. In via multitudo hominum ferrum flammã que minitantium si quis commoda sua remoraretur, occurrebat: nec turbam submouere Decuriones' facile poterant. Tandem in castellum Cassagna ingressus Moninio populi mandata exponit: & quid illi pro tẽpore faciendum censeat ostendit. Seditioem vel vi reprimi: vel cùm id concedas cuius causa seditio oritur. Moninium qui sit præsidio destitutus non posse vi agere: relinqui vt obsequio & animi æquitate ac mâfuetudine hæc cum populo controuersiam componat. Moninius cùm deliberasset nũtiari Decurionibus hæc iubet. Si ij atque magistratus de eius salute ipsi spondeant: si cum præsidio præfectum vrbi sibi ad futurũ vbi è castello excesserit, neque ab eius latere discessurũ promittant, idque positis chirographis caueant: si sui sceleris aduoluti ad pedes ipsius delecti è plebe nonnulli pro omni multitudine veniam petant, in publicas ædes iturum: ac populi postulata eo loci cognituum.

Etiam

Etiam se quindecim è ciuibus delecturum quos Buccina castello recipiat. Hæc refert plebi Cassagna omnia præter id quod deuenia suppliciter petenda Moninius præscripserat: quod id alienum à tempore: & ad concitandos multò magis animos multitudinis pertinere videbatur. Plebs moræ impatiens iam iam Moninio decedendum castello clamitare. si id nõn faciat, extemplò tormentis castellum euersuram comminatur: Cassagnamque vt hæc Moninio renuntiet Decuriones monent. Moninius accersi magistratus iubet. Vnus è senatoribus Cirijs venit: & cum eo vnà regius Cognitor. Ii atque Decuriones quì tùm aderant plebem iureiurando de Moninij salute obstringunt: isque necessitate omni circumuentus castello egreditur: ac à Cassagna Præside, atque Decurionibus in publicas ædes deducitur. Cùm id fit vna vox Franciæ nomen conclamantium in turba exaudiebatur: qua voce populus suam in Regem fidem testari moribus nostris solet. At vbi in publicas ædes ventum esset, consecuta Moninium multitudo submoueri nullo modo poterat: sed castelli velle potiri, in eoque præsidium suorù collocare vniuersi exclamabant. Moninius cui custodiam atque præsidium Decuriones promiserant vbi se destitutum videt, Cassagnam à se dimissum properè Decuriones officij eorum atque præsentis ipsius periculi admonere iubet. Interea lenissimis ipse verbis plebem affatur: sed hæc quasi furens bellua blandimentis non mitescit: ac iam pro Franciæ nomine identidem Aquitaniam conclamat: quasi Franciæ Regis imperiũ

excutere, & se in popularem libertatē vindicare profiteatur: Dum crebri sermones inter plebem Moniniūmque egressum publicis ædibus miscerentur: & iā Cassagna cum ferè ad quindecim notis hominibus, quos leniendorum animorū plebis, Moniniūque protegendi causa secum adducebat, ad Moninium aduētare: idēque in via à quodam è multitudine percussus humi esset prolapsus, vnus è turba telo Moninium ferit: cæteri collapsum infinitis vulneribus confodiunt: eiusque cadauer in viam proiciunt. Montilocius Moninij comes dum succurrere ei nititur, à multitudine ipse quoque trucidatur. Moninij cadauer vulgi contumeliis expositum Burdegalē duos dies publicè in viis fuit. Eo facinore commisso Cassagnam, qui desperatis rebus è turba sese in Iacobitarum fanum proripuerat, ab altari plebs educit: necēque ei ac par Moniniano supplicium comminatur: mōxque mutato consilio eundem sibi ducem asciscit: atque sacramento adigit sedulò id munus esse functurum. Iam aduesperacebat cū quorundam domos, quos è salinatorum grege esse, aut iis fauere arbitrabatur, multitudo inuadit, easque diripit: in his Pontacium mercatorum cum primis locupletum, (in quibus ad quinque & viginti aureorum millia præripuisse ferunt) Conti Præsidis, Boërij senatoris, & Andranij vectigalium coactoris. Sed hi, quos modò nominauimus, sese domo subduxerant, præter Andranium, qui cū effugere commutata veste niteretur, in multitudinem incidit. Hunc vestibus

Monini
necatur.

nudatum, constrictisque ei ingenti ferri pondere pedibus, in foedissimum carceris baratrum præcipitant, eoque lapsu grauius faucium post educunt: & crebris illatis paruulis plagis, ut atrocioris fati periret, confessum de sceleribus ex more Franciscali monacho, quatuor penè horas immaniter excruciatum interimunt. Eidem etiam monacho quòd is enuntiare nolet, de quibus ei Andranus in aurem confessus erat (nam id in nefariis rebus habetur) multa vulnera inferunt: è quibus paucis interiectis horis interiit. Præter hæc ad viginti eorum hominum enecant, quos probri causa salinatores appellasse, memorauimus: eorumque cadauera ut ludibrio vulgo essent, in publicas plateas proiciunt: totamque noctem in eiusmodi facinoribus consumunt. Postquam illuxisset, Cassagnam Salictetumque præfectum ubi ordines instruere: atque ea quæ ad imperatorum officium pertinerent iubent curare. Hi quòd à rapinis & cædibus plebem facilius cohiberent, misceri turbæ magistratus, atque sacerdotes, ac vnà cum multitudine iustrare urbem armatos cogunt. Quod cum nonnulli de vulgo improbarent, & regios magistratus semouendos à multitudine contumaciter clamarent, militari more de his sumi supplicium atque à comilitonibus telis confodi duces imperant. Iidem quòd infinita multitudo ex agris ad tumultum quasi ad certam prædam vndique concurreret,

Burdegalensium
summa
crudelitas.

urbis portas occludi, ac in iis custodes poni curauêre. Vbi hæc dies quatuor actitassent, furôrque plebis non-nihil iam deferuesceret, conuocato populi concilio in hoc vniuersi cõuenêre, vt senatui cæterisque magistra-tibus sua cuique procuratio atque authoritas resti-tueretur.

Exardescente seditione Sansymo senator integra etiã tunc valetudine cum familiam conuocasset, atque habere ad eam verba vellet, in ipso sermonis exordio domi expirauit. Vbi post dies aliquot repressus om-ninò populi motus videretur, senatus adurbis suãmque salutem, atque leniendum Regis animum vehementer pertinere arbitratus, si de seditionis illustre exemplum aliquot ederent, Franciscum Vergnam mercatorem qui excitandæ sonitu campanarũ multitudinis author in vrbe fuisse ferebatur: & in seditionis principibus nu-merabatur, subire hanc poenam decreuit, vt ab equis in diuersas partes actis membratim discerperetur. Hen-ricus Rex nuntio de his seditionibus accepto, edictum in Aquitaniam mittit: eoque multitudini quatríduũ statuit, quo ab armis discedat: spemque facit sese de eor-um postulatis propediem cogniturum, deque iis be-nignè statuturũ. Eo edicto publicè proposito multi passim domum reuertêre, turbæque paulatim dissolue-bantur. Sed quòd in Moninio grauissimè læsa regia maiestas fuisset, dignas pro eo crimine poenas à Burde-galensibus exigere Henricus Rex statuit: ne si impunè id eis esset, cætera Gallia detrectare imperia ac minus audiens dicto esse assuesceret. Ob eam causam Annam

Franciscus
Vergna
Burdega-
lensium
seditionũ
princeps
membra-
tim discer-
pitur.
Edictum
Henrici
in Aquit-
niã mit-
titur.

Mommorātium Magistrum equitum, cui rerum omnium fidei plurimum semper habuit, in Aquitaniam vnā cum Francisco Lotharingo Aumallię Duce mittit: & ei cataphractis mille equitibus, peditūmque decem millibus, quo in numero quatuor Germanorum milia fuēre, attributis seuerè in seditiosos eum iubet vindicare: summāmque modis omnibus eos coërcendi puniēdiq̄ue potestatem eidem attribuit. Iam antea Federicus Fluffas Candalus vir summæ in Aquitanis potentia Burdegalam aduenerat: & Burdegalenses plurimū vt obsequentes Mommorantio essent, neue rebellarent, erat hortatus: & Deuēsa quoque cum nonnullo præsidio in Buccinam arcem delinitis custodiis sese intulerat: Mommorantius cū Burdegalam accessisset, non portis, sed æquatis solo mœnibus exercitum in urbem introduxit: iudicesq̄ue quos ei Rex adiunxerat quæstionē de seditione habere imperauit. Illi causa ab Ilermo Cádido Decurione delecto p̄ omnib⁹ dicta: & qui singulis interrogationib⁹ in iure factis cōsultis cæteris Decurionibus qui tum præsentēs aderāt, respondebat, Burdegalenses seditionis perfidiaꝝque, ac læsæ regiaꝝ maiestatis damnant: mulctantque priuilegiis omnibus, Decurionatu, concilijque iure, iurisdictione, sigillo, pecunia communi, & possessionibus publicis omnibus: ædes adhæc publicas solo adæquari iubent. Tintinnabula omnia in Buccinam Hassumq̄; castella comportari è templis: eaque castella communiri sumptibus Burdegalensium: duas item triremes armari ab iis quæ contra ipsos regis præfectis præ-

Mommorantius magister equitum cum exercitu in Aquitaniam proficiscitur.

Mommorantius non portis, sed æquatis solo mœnibus Burdegalam ingreditur.

Burdegalensium multa.

sidio essent decernunt. Præter hæc vt Moninij cadauer à Decurionibus, centenisque & vicenis ciuibus arden-
 tes tædas præferentibus lugubri cultu efferatur: qui
 vbi ad Mommorantij ædes accesserint, cùm cætera
 multitudine prostrati humi lachrymantes veniam sce-
 leris petant. Iusta præterea, & exequias Moninij mani-
 bus quotannis magnificè repeti à Burdegalensibus: ac
 ab iisdem ducenta Francicùm nummũ millia Mómo-
 rantiano exercitui dependi statuunt. Insecutis diebus
 quæstione habita de iis, qui factionũ seditionisq; prin-
 cipes fuissent, ampliùs ceterum id scelus capite luère. In
 his cuidam, qui torritatem sonum campanæ excitaue-
 rat, laqueo ad crepitaculum gulam frãgi, quò seuerita-
 tis exemplum esset illustrius, iudices decreuère. Præter-
 ea Salictetibus germanis, quorum vnus præfectus vi-
 gilum, alter Hassi castelli erat præfectus: atque item
 Lestonaci prædiuiti mercatori capita decussa sũt. Guil-
 lotinus quidam flammis viuus exustulatus. Rex quo-
 que offensus Burdegalensi senatui alios senatores è
 Parisiensi curia in eorum locum substituit: vixque post
 annum vt in pristinum honorem restituerentur Bur-
 degalenses senatores impetrarunt. Coercitis Burdega-
 lensibus facilè cætera Aquitania pacatur. Sed ne sedi-
 tio renasceretur, Mommorantius tintinnabula omnia
 quibus cõuocari multitudo tumultuosè solebat, com-
 minui in tota Aquitania: ac materiam in arces castel-
 láque oppidorum, vnà cum plebeiorum armis iubet in-
 ferri. Paulò pòst Henricus Rex pro sua clementia exi-
 mi è reis multitudinem iussit: præter eos qui vim ma-

Centum
 seditio-
 nis prin-
 cipes ca-
 pite ple-
 ctuntur.
 Nonum
 supplicij
 genus.

gistratibus atque manus attulissent: etiã priuilegiis & bonis communibus ciuitatis præter pauca ex iis Burdegalenses restituit: ac ædes publicas conseruari præcepit: præter hæc mulctam iis pecuniæ irrogatam remisit. Mommorantius compositis rebus Burdegalensium, qui oppido præesset Ludam Comitem in eo reliquit. Baronem Latrunculatorem præsidio ei attributo in cætera Aquitania de authoribus seditionum supplicia iubet sumere. Is Talemagnæ Galliarumque brachia cruræque frangi, ac rotæ palo infixæ corpora imponi: Pymoreæ qui vnus è nobilitate sese seditiosis adiunxerat, ceruicibus caput abscindi decreuit. Regno inauguratus Henricus Rex optimum factu statuit magnam Galliæ partem peragrarè: vt & suos nosce, & à suis nosci faciliùs posset: & omnium postulata, res, necessitatésque præsens cognoscere: iisque sine mora prouidere. Idem Picardiæ, Campaniæ, Burgundiæ, Sabaudia & Subalpinae prouinciæ oppida perlustrans, in iis omnibus quæ finitima Carolo Imperatori fuere, præsidia collocauit: vt si Carolus, cui tum in Germania bellanti fœliciter omnia cadebant, Germanico confecto bello Galliam laceffere atque tentare bello in animum induceret, faciliùs ei resisteretur. Dum per Picardiæ fines iter faceret, Gaspari Castilioni, atque Villeboni Antonij Vindocinorum Ducis Picardiæ præsidis legato negotium dat, vt ea quæ ad Bononiæ, quæ tum ab Anglis tenebatur, confinia viciniámque pertinerent diligentissimè curarent. Castillio ne nostri ab Anglorum præsi-

Henricus
Burdegalensibus
omnia
præter
pauca re-
mittit.

Antho-
nius vin-
docinorū
Picardiæ
præses.

Castellū
è regione
turtis or-
dinatæ
Bononi-
cæ edi-
ficatur.

Maria
Scotorū
regina in
Galliam
traduci-
tur.

dio incommodi quicquam caperent: vel si bellum re-
nouaretur) nam tum erant, vt diximus, induciæ (para-
tiora omnia ad belligerandum Henrico Regi essent,
castellum è regione turtis Ordinatæ Bononicæ non
longè ab oppidi portu ædificauit: tametsi Anglicum
Bononienſe præſidium operas quoad poſſet interpel-
laret. Mollinis præcipuo Borboniorum oppido dum
Henricus Rex è Subalpina prouincia redit, Octobri
mense Antonius Vindocinorum Dux Ianam Henrici
Nauarræ Regis, & Margaretæ Franciſci I. Regis ger-
manæ filiam: Franciſcus item Lotharingus Aumalliæ
Dux N. Herculis Eſtenſis Ferrariæ Ducis & Rena-
tæ Francæ Lodoici xij. Galliæ Regis filiam vxores du-
xère. Sub hæc tempora Maria Scotorum Regina Iaco-
bo v. Scotiæ Rege, & Maria Lotharinga Guyſia geni-
ta ſexennis modò puella in Galliam traducitur: quam
rem grauiter atque iniquè Angli tulère, qui eam Edu-
ardo Regi ſuo elocati ſummè deſiderauerant: multâ-
que per legatos literasque propoſuerant, quamobrem
illud non modò non repudiandum Scotis: ſed vel vl-
trò expoſcendum oſtenderent. Etenim ſuperiore anno
Scotos ab Anglis prælio deuictos magnam calamitatē
accepiffe & finium partem maximam eo bello amiſiſ-
ſe. Si hæc affinitas labentes res eorum non erigat, bre-
ui reliquum regnum in ſummum diſcrimen eſſe ven-
turum. Deumque Scotorum perfidiam vlturum, ſi E-
duardo Regi deſponſam in matrimonium dare recu-
ſent. Adhæc nullum Scotos virum ſuæ Reginæ poſſe
quærere, qui ſit magis ex vſu Scotiæ Eduardo Rege.

Nam

Nam si è sua gente Reginae coniugem asciscant, eam rem ad seditiones intestinæque odia materiam Scotis futurum: si ab exteris, maritum ad suos è Scotia Regnam traducturum, regnumque Scoticum expositurum prædæ Anglis: quippe cum bello ingruente longinqua auxilia sera tardaque futura sint. Scotiam Angliamque claudi vndique Oceano: ac tuta à cæteris nationibus ambo regna futura, si inter se consentiant. Vnum Britannia regnum ambo hæc regna fuisse olim: nunc quoque eandem vtrique regno linguam esse. Infœlici omine diuisas has gentes: postque id tempus clades maximas vtranque alij intulisse. Nunc rem opportunam dari, vt ea rursus coalescant: & ex intestino odio summam in concordiam redeant, vnumque ex ambobus regnum fiat. Sed Mariae Guyfiæ Mariae Reginae matris authoritas, quæ in suas partes Andream Cardinalem atque Iacobum Hameltonem Araniae Comitum traduxerat, veteraque Scotorum in Anglos odia, ac antiqua eorundem cum Gallis fœdera, speratumque Mariae Reginae cum Francisco Delphinatæ Henrici Gallia Regis filio connubium apud Scotos magis, quam vel enixissimæ Anglorum preces valuere. Magnæ enim necessitudinis causæ Scotice genti cum Gallorum Regibus intercedunt: quorum auxiliis bella plerumque que cum Anglis esse eis solent, conficiunt. Ac cum attrita vehementer res eorum essent ad id ferè tempus, quo Gallia regnum Hæricus Rex est adeptus, maximo studio nutanti eorum fortunæ succurrit, Scotosque cõseruauit. Nam quod indigere Scotos exercitu perspi-

Britannia
& Scotia
vnum re-
gnum olim
& vnius
lingua.

Magnæ
necessitu-
dinis cau-
sæ Scotiæ
genti cum
Gallorum
regibus
interce-
dunt.

ceret, delectus in Gallia habuit auxiliij eorum causa: & ne dum id fieret, rei militaris imperitia, qua saepe numero multum periculi adiisse Scotorum duces intelligebat, insigne aliquod detrimentum acciperent, Capellabironem, qui magnam rei militaris scientiam habebat, in Scotiam cum nonnullis aliis è Gallica nobilitate misit: cuius consiliis vsi Scoti Anglorum impetum nonnihil represserunt. Sed cum eodem Regis copiae essent delatae, quibus Hessius praerat, qui cum vna Petrus Strossa, Franciscus Collignius Andelous Rhonigrauius Germanorum signorum aliquot praefectus Millæreus Estauges, Oartifus, aliique fortes viri profecti sunt, & quibus in copiis sex millia hominum fuere (id fuit ad xiiij Julij Cal.) Anglorum res in arcto magis ac magis esse coeperunt. In superioribus aliquot ante mensibus deuictis Scotis multorum Scotiae oppidorum potiebantur: & in medium vsque regnum progressi Edimtonem ceperant: idque oppidum ita munierant exaedificatis vbi commodum fuit castellis compluribus, vt vel à paucis posset defendi: & cum in eo firmum praesidium haberent multa detrimenta Scoticis agris saepe ex eo oppido inferret. Tantum autem in contemptum Anglis Scoti tum temporis venerant, vt quingenti Angli equites Scoticos agros late popularentur: & ad Edimburgi vsque portas, quod est Scotiae nobilissimum oppidum, frequenter excurrerent. Quod non tam imbecillitate, & impotentia Scotorum fieri, quam eorum intestinis dis-

Edimtone
Anglipotiuntur.

Edimburgensis ciuitas Scotiae nobilissima,

fentionibus aduertebatur. Sed belli summa consensu
 vniuersæ Scotiæ delata Hæstio Henrici Regis legato
 magna autoritate ab eo geri bellum cœpit. Is quòd
 Edimtonem recipi vtile in primis videbatur, eò cum
 exercitu proficiscitur. Eo obfesso oppido qui Edim-
 tone præsidio fuere eruptionibus aliquot factis ma-
 gno suo detrimento reiecti in oppidum sese mœnibus
 munitionibusque ad portas factis continere instituunt.
 Cùm ea obsidio in dies longiores protraheretur, fera
 quædam barbaræque gentes Orcaniarum insularum
 incolæ, quæ Scotis Regibus parent, homines omnes
 ferè seminudi euocantur. Eorum arma sunt ensis, cly-
 peusque, & nonnullis etiam lorica catenata: nec vll-
 lo ordine aut militari disciplina, sed confusi ac dis-
 persi magno impetu præliantur. Hi ad Edimtonis
 portas cum Anglis congressi nulla re terreri nisi bom-
 badarum fragore conspiciebantur, quæ cum dis-
 plodebantur, humi sese omnes prostrabant: aures-
 que ne sonitum exaudirent digitis obstruebant. Vbi
 in castris dies ad viginti fuissent, subitò omnes do-
 mum reuolarunt. Nec enim vlllo imperio diutius quàm
 domo proficiscentes constituent retineri possunt. Ex
 eorum numero quidam Gallos quandoque fortissi-
 mè dimicantes conspicatus, pugnandi studio in mul-
 titudinem Anglorum peditum incurrit: vnúmque ex
 iis raptum & in humeros sublatum maxima perni-
 citate in castra deportauit: tamen si eius humeros An-
 gulus miles acerrimè dentibus laceraret. Ei Hæ-
 stius viginti aureos nummos præmij loco nume-

Edimto
 obsidetur
 à Gallis.

Scoti se-
 minudi,
 & eorum
 arma.

Factum
 egregiū
 cuiusdam
 Scoti.

rari, loricámque catenatam dari iussit. Cùm Edintonis murus ac vallum è cespite argilláque confectum bombardis deiici euertique non possent, opprimere fame oppidanos Hessius constituit résque ad extremũ iam perducta casum erat, cùm Eduardus Semerus Sombressiorum Dux Protector Angliæ (id ei nomen honoris causa totius populi consensu inditum fuit) coactis copiis immittere comneatum conatur. Ea re per speculatores cognita Hessius progredi obuiam copiis Anglicis prælióque decertare constituit. Sed multam iam viam ante lucem cum exercitu progressus prius ducentorum hominum præsidium cum comneatu perducta esse in oppidum intelligit, quàm videre hostem potuisset, cuius de itinere falso erat ei nuntiatum. Eo tempore Scoti milites præter sexcentos quibus Arannius Comes Huntlanúsque præerant: domũ abiêre. Ea gens quòd suis sumptibus meret: nisi magna necessitate adducatur arma ferè nõ capeffit: quod cùm facit, necessarium comneatum singuli secum domo exportant, ac quamprimum congregi cum hoste student, qui haud fere alius esse præter Anglos solet: quibuscum summa cõtentione odióque (quod est vtrisque in alios siue è dominandi studio, siue ex emulatione superbiáque ingenitum) præliantur. Postquam comneatum consumpsêre, vel re nulla gesta, tametsi eius præclarè gerendę facultas detur, domum omnes plerunque reuertuntur. Cùm de Scotorum discessu Sombressio Protectori esset nuntiatum, nequaquam eam occasionem prætermittendam censuit: sed comparato

Scoti suis
sumptibus
merent.

ad quinque millium hominum numerum equitatu
pellere Scotia Gallos, Edintonemque obsidione libe-
rare instituit: tantaque celeritate vitur, & prius quam
res ad Gallos deferretur, cum his prelio decernere pos-
se speraret. At verò eius rei preter Sombresij opinio-
nem Hessius per exploratores factus certior Marię
Guyfię Marię Scotorum Regineę matris que tū Edim-
burgi agebat renuntiari hec celeriter curat. Ea euocatis
subitò quantum exiguitas temporis patiebatur, iis om-
nibus qui belli armorumque vsum aliquem haberent
quique non longè aberant, & nobilibus qui in regia
versari solebant, ad exercitum dimissis, magnam spem
Hessio addidisse est visa. Is premissio cum paucis equi-
tibus Humete Scoto, qui de hostibus ad eum certò re-
ferret, cum eos noctu iter facere eo consilio intellexis-
set, vt sub lucem secum, quem tum fore imparatum
sperabant, congregarentur, educto pro castris exercitu
aciem instruit: suosque cohortatus, ne quid eos metue-
rent, qui cum tenebris totam noctem colluctati essent:
& qui circumuenire nitique infidiis, quam virtute cõ-
tendere fatiùs ducerent, quibus rebus sese inferiores
esse manifestò faterentur, totum exercitum spe auda-
ciã que repleuit. Angli cum iam illucesceret ad Edin-
tonem conspiciuntur. Eorum Principes cum magna
parte exercitus mcenia eius oppidi circuire: gratulari
oppidanis qui Scotiæ Galliæque robur atque acies
tantum iam tempus fortissimè sustinerent: vnumque-
que eorum manere magna præmia, laudemque im-
mortalem: illum verò diem eorum labori atque mole-

stis finem allaturum: atque hoc prælium, quod in me-
 dia Scotia committatur, Scotorum superbiam repres-
 surum. Dum his in rebus tempus tererent, cani clas-
 sicum Hessius imperat: impetûque vehementi in ho-
 stes latus cum mouere loco non posset, Andeloum
 Rhenigrauiumque paulisper sustinere vim hostium
 iubet: ipse cum suo omni equitatu eos à latere aggres-
 sus in fugam vertit: fugientesque consecutus captiuo-
 rum ad duo millia abduxit: atque ad octingentos
 ex aliis interfecit: suos verò præter quindecim inco-
 lumes omnes in castra reduxit. Ac tanta quidem An-
 glos formido occupauit, vt ex eorum numero armati
 milites octodecim à sceminis quibusdam rusticanis
 in fuga caperentur. Multi tum fuere periti rei mili-
 tatis, qui eam moram qua cum Edimtoniis Angli
 egere, plurimum eis obfuisse existimarent: cum mili-
 tum animi ardorem cursu & intentione ante pugnam
 exciri potius, quam pati eum remitti atque relan-
 guescere tarditate rectius foret. Hoc confecto ad
 Septembrem mensem prælio cum spes Hessio osten-
 deretur, Edimtonios fame cæterarumque rerum ino-
 pia compulsos deditionem esse facturos, in obsidio-
 ne perseuerat: sed quò paulisper exercitum reficeret,
 in cœnobio quodam proximo, sed longius ab op-
 pido quam ante fuerant castra locat: idque præcipue
 curandum putat, ne quid commeatus aliarumue reru
 quæ ad oppugnationem sustinendam pertinerent,
 Edimtonem inferretur. Angli aduerso eo prælio mi-
 nimè animis conciderunt: sed freti vatum prædictio-

Angloru
 exercitus
 solus.
 Captiuo-
 rum nu-
 merus &
 reliquo-
 rum stra-
 ges.

Formina-
 rum qua-
 rundem
 audacia.

nibus, quibus ea gens superstitiosè addicta est, venisse tempus credunt: quo potiri totius Scotiæ debeant. Ac re ad concilium delata cum prope omnes ita dicerent Anglos suis periculis comperisse, Scotos in suis finibus vinci nequire, ni cum forte intestinis discordiis suum robur infringerent, Sombresius Protector moueri ea opinione non potuit, quin maximo exercitu comparato in intima Scotia prælio decerni conducibilis existimaret: præsertim cum ne persequi quidè victoriam superiore prælio commisso Scoti ausi essent. Idè classè validã quæ terrestres copias sequeretur, & parata ad omnes casus atque occasionem foret, cõparare commodissimum statuit: eò magis quòd Milæus paulò ante id tempus Gallicas naues in Galliam reduxisset: nec cum Anglica esset Scotica classis conferenda. Terrestribus copiis Bressum Scotù Principè, qui Anglicas partes sequebatur (quibus in copiis octodecim peditum millia: octo equitù numerabantur) præfecit: nauticis Thomã Semerù maris Anglici præfectum. Hæsius qui in exercitu non amplius quinque millibus hominù haberet (nec enim tã subito in Scotia exercitum cogere quã necessitas tẽporis postulabat Arrannius Comes potuerat) obsidionè soluit: ac ad octo ferè millium passuum spaciù retrocedit, dum Scoticæ copix conuenirent. Nec multùm eũ consecutus Gressus Edimtonem reuertitur: nouòque præsidio inducto in oppidù, cõmeatù quæ necessario, cù interim ad Hæsiũ quindecim millia Scotorù venissent, in quibus Orcanij fuère, de quibus supra cõmemorauimus, minimè

Anglorù
gens varii
pre dictio
nibus su-
perstitio
sè adicta.

Moreſum
oppidum
occupa
re Angli
decer-
nunt.

tentare fortunam eſt auſus. Sed Th. Semerus præfectus
clafſi Anglicæ quatuor onerariis Scotorum mercato-
rum nauibus incenſis Moreſum ad mare poſitum op-
pidum occupare decreuerat, à Dune Scoto, qui valetu-
dinis cauſa domum è caſtris ſeceſſerat paulò ante ex-
tracto caſtello munitum diligentiffimè. Is Dunes ta-
metſi morbo teneretur, tamen præ ſuo ſtudio multa
plerunque ſani viri officia fungebatur: nec ſomnum
priùs capiebat, quàm ipſe opportunis locis omnibus
diſpoſitas excubias vidiffet. Id cùm ſua conſuetudine
faceret, è longinquo Anglicam clafſem conſpicatus: in
qua per imperitiam, præterque morem eorum qui infi-
diis agunt lucernæ in omnibus nauibus collucebant,
magna diligentia nauigia omnia in ea regione conqui-
rit: & omnes eorum locorum incolas, qui aut arma
ferre, vel militum ſpeciem præ ſe ferre poſſent conuo-
cat. In oppido præſidium quod ſatis eſſe pro neceſſita-
te ſuisque anguſtiis viſum eſt derelinquit. Nauibus præ-
terea certum numerum militum imponit, qui portu
Anglos prohiberent. Ipſe ad foſſas & quaſdam muni-
tiones tumultuariè olim paulò ab oppido longiùs fa-
ctas, omnes qui vſum aliquem armorum haberent per-
ducit, aciémque inſtruit: reliquam multitudinem inu-
tilium ad bellum hominum ponè montem è regione
eius loci poſitum quo Angli clafſem appellebant, col-
locat: iis que mandat, vt cùm ſecundò tormenta emit-
terentur, in appertum prodeant, ſpeciémque militum
hoſtibus præbeant, qui id propter loci interuallum no-
ctis que obſcuritatem dignoſcere non poſſent. His re-
bus

bus ita constitutis, cum vix octingenti ex omni Anglorum numero è nauibus descendissent, Dunes cum turma equitum aduersus eos profectus laceffere prælio cœpit: sed se subitò, sicuti proposuerat, ad suos recepit. Eum Angli ad munitiones vsque infecuti tormentis ac sagitis, quibus vtraque gens multum vitur reiecti, cum se ij quos sub montem collocatos diximus ostenderent, atque eam viam capeffere viderentur, qua regressu Anglos intercluderent, omnes incompositi ad naues confugerunt: Eo motu perterriti qui nondum descenderant, haud amplius centum ex omni numero qui in continentem erat expositus, receptis naues soluerunt: seque fuga in Angliam receperunt. Eòdem quoque pauco post tempore Gressus eos est consecutus cum prius quatuor à Dombarra oppido passuum millibus castellum in colle loco sat incommodo, quòd nulla ibi est aquatio, & collis alter prope abest, constituisset. Edimtonij nouo præsidio confirmati ex oppido tum libentius excurrerant: ac si quie castris Hessianis, quæ quatuor passuum millibus ab eo oppido positæ erant, propius urbem accederent, haud infrequenter cum iis leuioribus præliis decernebant. Hessius sibi opportunam rem benè gerendæ negotij dari arbitratus milites ad decem appropinquare urbi iubet: in quos Edimtonij subitò irruunt: sed iis, sicuti ab Hessio mandatùm erat, in tempore cum turma equitum Etauges adfuit, interim dum Hessius cum cathaphractis equitibus & Capellabiro Rotuzaque cum paucis peditum signis aduenirent. Id conspicati

Sagitis
Angli &
Scoti vitur.

Angli se
fuga in
Angliam
recipiunt.

Edimtonij
 Edimtonij vrbe
 egressi in
 fugâ ver-
 tuntur
 ad ducen-
 tos è suis
 casos, &
 ceterum &
 viginti
 captiuos.

Capella-
 birus pe-
 ditatu
 Gallico,
 in Scotia
 merenti
 praeficitur.
 Peritium
 oppidū.

Edimtonij
 Edimtonij
 Edimtonij
 Edimtonij

In tene-
 bris etiã
 res paruæ
 fortes vi-
 ros timo-
 re replēt.

Edimtonij iam longius ab oppido elati fuga facta ad
 ducentos è suis desiderarunt, præter abductos ab
 oppidi portis captiuos centum & viginti. His confe-
 ctis rebus Stroffa, Andelouſque, Rupefocas, Rufecus,
 Mompeſas, Cruſſolus, Iucundius, Salictetes, Bordilli⁹
 in Galliam remigrarunt: quibus ad Bononiã recupe-
 randam Henricus Rex vti instituebat: Gallicóque pe-
 ditatui in Scotia merenti pro Andeloo deinceps Ca-
 pellabiro præfuit. Motis paulò post castris Heſſius Pe-
 ritium in Fordij fluminis ripis valde opportuno loco
 fitum antea ignobile oppidum, ita omni munitionis
 genere firmãuit, vt nunc in primariis Scotiæ oppidis
 numeretur. Dum id fieret, & custodias indiligenter
 Edimtonij agerent, noctu Heſſius imparatos aggreſ-
 ſus Italos milites qui ad portas excubabant, quos eo
 Tiberius quidam ductarat, omnes interfecit: quo-
 rum tumultu exaudito oppidani captis celeriter ar-
 mis vix portam tuebantur: eoque die Heſſius Edim-
 tonis potitus eſſet, ni ſummã audacia in iniquum
 locum progreſſus Gallus quidam transfuga pœnas
 ſceleris veritus, ſi Edimto caperetur, ignem tormen-
 to admouiſſet: quod in confertam Gallorum multitu-
 dinem emiſſum magnum numerum eorum proſtra-
 uit: reliquosque cum res in tenebris ageretur (quo
 tempore paruæ etiam res timore replere fortes vi-
 ros poſſunt) perturbauit. Ea geſta re Heſſius in op-
 pida, vbi commodum arbitratus eſt, exercitum di-
 ſtribuit, vt nonnullam à labore requiem militi fa-

tigato concederet. Id cū fit Humes Scotus, cuius
 Humium castellum valde idoneo loco positum su-
 perioribus bellis astu Angli cœperant, eadem ar-
 te recuperare instituit. Id in eorum potestatem ita
 peruenerat. Cū multum iam tempus oppu-
 gnatum Humis vxor fortiter defenderet, Angli
 missō caduceatore captum à se Humis filium in cru-
 cem acturos ni intra duas horas deditionē mater fa-
 ceret, comminati sunt. Mater vultu ad constantiam
 composito Dei arbitrio filij vitam mortēque sta-
 re respondit: seque eius ope fretam ad extremum
 vsque spiritum pro coniugis rebus certaturam. An-
 gli crucem erigunt prehensumque filium dam-
 natorum habitu castellum, vt videri à matre pos-
 set, circumducunt. Hoc spectaculo commota mu-
 lier vehementius deditionem se facere inclamauit.
 Id castellum captum Angli rebus omnibus diligen-
 ter munierant: & ad eas res multum eorum loco-
 rum incolis vsuerant. Ex iis Humes octo quosdam
 idoneos & calidos deligit, quibus magnis præmiis
 pollicitationibusque persuadet, vt ad castellum cum
 cibariis iter faciant: & cū in castellanos singu-
 li inciderint, idem omnes de Humete & exercitu
 Hessiano respondeant: ac procul omni metu esse
 castellanos iubeant. Castellani, quibus angustus
 commeatus esset, pretio cibariorum dato eodem re-
 uerti cibariāque alia reportare eos homines monent:
 quod cū postridie vespere ac id de industria fecissent,

Humium
 castellū
 astu ab
 Anglis
 captum.

Humium
Castellū
ab Hu-
mete re-
cupera-
tur.

Dombarr-
ra abest
ab Edim-
tione vi-
ginti pas-
suum mi-
lia.

Meraque
oppida Sco-
tiæ non
bene mu-
ro ac fos-
sa muniū-
tur.

Ollifortis
grauiter
faucius
capitur.

oborto imbre vt in castello pernoctarent facilè impe-
trarent. Ii multa iam nocte in muros egressi facilem
ascensum Humetanis qui eò è composito venerant,
præbuère: réque subitò ac summa celeritate confecta
resistendi illis potestas castellanis non fuit. Id postridie
Natalis Christi accidit. Edimtonij postquàm obsidio-
ne liberati essent, diuisusque in varia præsidia exercitus
Hessianus esset, pro sua multitudine longè ab oppi-
do ac Dombarram vsque (quod oppidum Edimtone
viginti abestpassuum millia) frequenter excurrebant.
Dombarræ tria signa peditum Hessius collocarat, iis-
que Achantium præfecerat. Is cum Anglis equitibus
nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data dimicā-
dum non putabat: & spontè in contemptum Edim-
toniorum venire se suosque patiebatur: profus vt ad
oppidum non benè muro ac fossa munitum (qualia sūt
plæraque Scotiæ oppida) Edimtonij nullo metu acce-
derent. Id ad benè gerendam res Achantius arbitratus,
Dombarræ in ædibus, quæ ad hostes spectabant, mili-
tes locat: & parietes domuum aperire eos certis locis
iuber: sic vt in Anglos equites displodere tormenta
possent: ipse opportuno loco aduentum hostium ex-
pectat. Edimtonij Ioanne Olliforti duce, qui Edimto-
ni oppido legatus præerat, Dombarram ex sua consue-
tudine reuertunt. In eos impetum Achantius fortiter
facit: simul qui locati erant in ædibus Edimtonios
perterrent, & in fugam vertunt: magnóque numero
interfecto ipsum Ollifortem grauiter faucium Achan-
tius capit. Paulò post id tempus, quòd Tuydelia Sco-

tiæ Prouincia in Anglicas partes inclinare animos uideretur, propterea quod pulso ex ea superiori tempore Scotico exercitu haud satis firmum præsidium ut se defendere ab Anglis posset relictum in ea fuerat, eò cum exercitu Hæsius proficiscitur: & ad Gedoariam castra ponit. In ea regione Fernæsum castellum abhinc quatuor menses ex insidiis ab Anglis captum valido præsidio tenebatur. Eò Hæsius cum Osello & Capellabirone paruo peditatu deducto profectus ut castellum cepit: cui qui præerat in tantum Scotorum odium ex adulteriis, stuprisque incurrerat, ut cum se Gallis dedidisset, in eorum manibus per vim à Scotis sit necatus. Eorundem maximū, immanēque in Anglos odium aliis quoque è rebus apparuit. Etenim captos à Gallis Anglos magno pretio suisque armis gregarij etiam nonnulli Scoti milites redimebant, ut nece eorum intestini odij acerbiter explerent. In ea regione, ubi tum Hæsius castra habuit, ager aridus frugumque vacuus magnam frumētī aliarumque rerum egestatem exercitui attulit: Nece ex re nimioque otio milites, ut sit, tumultuandi, aut iniuriæ cuiquam faciendę occasionem caperent, varijs rebus eos Hæsius exercebat, nec multum requiescere patiebatur. Igitur si uel castellum uel oppidum ab Anglis in ea uicinia præsidio tenebatur, eò milites deducebat. Quin in Northumbelliam prouinciam ingressus Cornualliam Tiffumque castella cepit: in quibus commeatus & suppellectilis pretiosæ magnam copiam reperit: eamque prædam militi concessit. Iam tū Anglice copię cogebantur, quæ populatione Hæsiū pro-

Tuydelia
Scotie
prouincia.

Fernæsum
castellum
capitur.

Scotorum
maximū
in Anglos
odium.

Cornual-
lia Tiffumque
Castella
capta.

Anglorū
strages.

Myrtous
Lacus hi-
storiis ve-
terū ce-
lebratus.

Feurium
Castellū.

Cuiusdā
sacrifici
audacia,
& mors.

hiberent, cū forte Cobio equitum Scotorum turmæ præfectus noctu è castris quatuor millia passuum speculari causa progressus, equites Anglos numero ad quingentos haud à se abesse procul intelligit. Qui & dedecoris & periculi plenam fore fugam arbitratus, & de numero hostes per noctem fallere posse sperans, necessitatem in virtutem vertit: impetūque facto primos hostium deiecit. Ea re & noctis incertitudine reliqui perturbati sese in fugam coniecerunt: quos Cobio infecutus multò plures suo numero ex iis captiuos abduxit. Sed quò Anglos Hessius magis ac magis territaret, Capellabironem cum turma equitum & peditibus quingentis excurrere in Angliam iubet: vicinæque regionis agros vicósque populari. In eo itinere Gallis militibus Myrtoum lacum historiis veterum celebratum videre licuit, dimidia parte gelu per æstatem etiam concretum: reliqua cæteris minimè absimilem. Paucis diebus interiectis Hessius cum vniuerso exercitu in Angliam profectus Feurium castellum capit: agrifque in conspectu hostium, qui ad millia hominum tria eò conuenerant latè vastatis magna cum præda magnóque numero captiuorum exercitum in castra reduxit. Eius prædæ cū Scotos etiam milites esse participes vellet, magna contentione Galli, quorum labores multi ingentésque longo iam tempore exhausti in Scotia erant, repugnauère. Erat iam ante in captiuorum Anglorum numero intollerabili audacia quidam sacrificus, qui conditionis oblitus Gallis sæ-

pè sermone insultabat: cósque in Angliam excurrif-
se dictitabat, vt ibi oculis agros notarent in quibus
arratro imposito terram vertere propediem cogeren-
tur: cùm suum omnem equitatum Angli è suis fini-
bus ad Galliam iterum atque iterum deprædandam
abducerent. Id suos vates prædixisse: iisque non mi-
norem fidem quàm Euangelio habendam. Sed is
conspecto cum tanta præda tótque captiuis reuer-
tente Hessio ita animo iráque commotus est, vt ab-
iectus in terram dehinc nec cibum capere nec cœ-
lum aspicerere voluerit: sed clausis oculis fame ac
dolore confectus in exercitus conspectu perierit:
Reuerso Gedoariam Hessio maior quàm ante vn-
quam inopia rei frumentariæ atque commeatus ex-
ercitum vexabat: multique milites fame tabefacti
moriebantur: cæteri piscatione venatúque famem
quoquo pacto tolerabant. Ac piscationi quidem
Germani milites tantopere incubuère, vt Geptum flu-
men exinde pisce caruisse incolæ pro re comperta fe-
rant. Tùm verò Angli delectu habito iustum exerci-
tum confecerant, cùm eos appropinquare Hessius nu-
mero longè inferior sensit, seque, in intimam Scotiam
recepit. Eum insequi Angli noluère, cùm in manibus
victoria esse videretur: quod haud quaquam du-
cum ignauia accidisse iam tum ferebatur: sed quòd
Sombressius Protector Angliæ ab Edimtonia malè
pugnata ab Anglis pugna in diè ipsis præscriberet quid
agi ab his vellet: cuius si præter præscriptum geren-
tibus aduersi quicquam euenerat, seuerè vindicabat.

Magotia
insula.

Breui pòst classis Anglica ad Magotiæ insulæ fines præteruehitur. Ea insula tota constat rupe quadam inexpugnabili: ad quam nullus est, nisi Basso castello propter syrtes scopulósque aditus, ac is quidem difficillimus, nec præterquam vnicæ nauiculæ peruius: cūque ad rupem accesseris, demisso fune scandere in propinquum muris castelli locum conuenit. Rursum cū ad muros peruentum est, corbe ad portum efferri necesse est. Ei insulæ Magotiæ est è Magotiis auibus nomen impositum: quæ sunt anatum ferarum magnitudine & specie: sed candidæ toto corpore, quæ in ea insula frequentissimæ nidulantur & piscibus è mari delatis amplius centenos custodes ei insule positos in diē pascunt: hique haud alio ligno vtuntur, quàm quo aues nidos suos construxêre. Eius insulæ atque castelli suū Angli conspicati desperata expugnatione caduceatoré mittunt, qui roscorum nummūm (ij selsqui duobus aureis singuli æstimantur) præfecto quinque millia: singulis custodibus trecentos offerat, si tradere castellum velint: multoque amplius à suo Rege sperare iubeat. Ad ea præfectus, Non esse homini onusto tanto auri pondere in eum locum aditum qui solis auibus pateat, eam pecuniam maiori vsui Anglis futuram in Gallici belli subsidia: sibi necessariū cōmeatum indies aues importare. Cū spes potiūdi oppidi Anglos fefellisset, classē ad Equitiam insulam, quæ Diua postea est dicta, appellunt: ac quòd ea in Scotiæ finibus sita additu perdifficili magnam ad ducendum bellum facultatem Anglis allatura videbatur, in ea arcem sūma dili-

Necessarium cōmeatum Moguntianis aues in dies important.

diligētia & celeritate cōstruūt: præsidioque in eo loco octingentorum militum imposito com meatuque necessario in Angliam classem reducunt. Ad hoc tempus Thermes missus à Rege in Scotiam Hestio successor cum cataphractis centum equitibus, ducen-
tis leuioris armaturæ milleque peditibus Dombertamum nauibus appulit: qui cum habito consilio Hestius priusquam in Galliam rediret, Equitiam insulam recipere, eaque Anglicum præsidium deicere constituit. Eò cum esset, sicuti diximus, difficilis accessus, magna contentione vtrunque certatum est. Sed præfecto insulæ interfecto desperatis rebus Angli in fugam vertuntur: parsque interempti: cæteri in Gallorum potestatem veniunt: eamque victoriam Galli cum Anglorum numerum non æquarent, tribus omninò è suo numero occisis, sed compluribus vulneratis reportarūt. Hæc ad Iulium mensem agebantur anno post Christi natalem millesimo quingentesimo quadagesimo nono.

Thermes
Hestio
successor
mittitur.

Equitia
pulsis
Anglis re-
cupera-
tur.



L



THOMÆ CORME-
RII ALENCONII RERVM

HENRICI II. GALLIÆ RE-
gis gestarum,

Liber Secundus.



Cathari-
na coro-
natur.

DECIMO sexto. Cal. Februa-
rij eodem, de quo modò
diximus, anno, lex Regia in
Parisiensi Senatu recitata fue-
rat, qua, ne magnitudine sua
iam laborans Lutetia ni-
miùm excresceret, in subur-
biis ædificia in posterum ex-
trui prohibebatur. Quarto Idus Iunij Catharinæ
Henrici coniugi diadema in Dionysij fano, quod est
ferè ad urbem, in agnis cæremoniis adhibitis ac præ-
euntibus Borbone, Vindocino, Bononio, Castil-

lione, Guysaque Cardinalibus, impositum fuerat: cum cæteri huius ordinis Regis mandato omne hoc tempus Romæ morarentur. Sexto post die Henricus Rex qui tùm primùm post adeptum regnum in urbem veniebat, magnificentissimo sumptuosissimoque apparatu Lutetia receptus fuit: bi-duoque interiecto Catharina coniunx. Insecutis diebus in vrbe supplicatio facta est magna celebritate cuiusque generis hominum, cui Rex ipse interfuit: eodémque die Luteranissimi damnati nonnulli igne consumpti sunt. Postridie Rex in cætera quoque Gallia supplicationes decrevit pro sua & reipublicæ salute: próque Francisci parentis & piorum omnium manibus: itémque quò ab hæresibus Gallia vindicaretur: à quibus se abhorre in primis & religionem maiorum piè castéque colere publicis literis testatur. Biezus Tribunus militaris qui maritimæ oræ à Francisco Rege præfectus parum strenuè aduersus Anglos ea quæ ad bellum attinebant curasse dicebatur, accusatus hoc crimine carcere multum iam tempus detinebatur. Ei cum causam iudicibus non probaret, honos abrogatur, perpetuòque etiam carceri addicitur. Iacobus quoque Guisius Veruinius eius gener Bononiam oppidum munitissimum, cui à socero præfectus fuerat, per ignauiam mollitiámque animi hosti dedidisse conuictus capite plectitur. Sed nonnullo post tempore Biezus regia clementia carce-

Henricus & Catharina Lutetiam cum celebri apparatu ingrediuntur.

Luterani igne consumpti.

Biezus carcere includitur.

Bononia in Anglorum potestatem transit.

Iacobus Veruinius capite plectitur.

Ad recu-
perandā
Bononiā
exercitus
paratur.

re est solutus. Sub id tempus Henricus Rex ad recuperandam Bononiam copias parat: faciliora sibi omnia fore arbitratus, quòd tum Anglia seditionibus agitabatur. Eas plebs partim religionis causa concitauerat: propterea quòd Sombressius regni Anglici procurator reiecto, sicuti superiore libro commemorauimus, Missæ sacro, & Romanæ Ecclesiæ cæremoniis abrogatis Germanicos plerosque ritus Augustanæ cõfessionis affines in Angliam induxerat: partim quòd saltus publicos pratâque à nobilioribus claudi, iisque pau periores excludi ferre nõ poterant. Præter hæc incitabatur Henricus Rex Scotorum studio qui collectis copiis quàm maximis cum Anglis bello contendebant. Igitur commissa classe Strossæ Præfecto Capuano ex Rhodiorum equitum ordine, eum ipse cum cetero exercitu per continentem subsequitur. Capuanus cum portu GratiOSO quinto Iulij Idus naues soluisset, in quibus triremes duodecim instructissimæ rebus omnibus fuere, factus obuiam classi Anglicæ sub Aug. Cal. prælio commissio quàm plurimas Anglorum naues depressit: ceteras in Grenesiam insulam, quæ tum ab Anglis tenebatur, compulit. Postquàm Bononiam Angli cepissent, multa in circuitum castella extruxerāt: eaque magnis præsiidiis firmauerant: vt ab oppido subitisque incursionibus facilius Gallos arcerent. In his erant Monslambertius, Sellaqua, Ambletellium, Turris-ornata, Blaconetiũque castella. Has ob res Henricus Rex ne commeatibus intercluderetur, haud procul à Montelambertio, cui erat Surenius saltus proxi-

Anglorũ
naues op^a
preffa.

Castella
ab Anglis
in finibus
Bononiæ,
extructa.

mus, castellum construit: firmumque præsidium in eo collocat. Primum omnium Sellaquam castellum, quod à duobus signis peditum defendebatur: Henricus oppugnauit: ac breui tormentis validè concussum vi cæpit: Anglosque omnes, præter eos qui se in arcem receperunt, nostri milites occidère: ii que ipsi qui tum effugerant eo metu perturbati noctu ex arce in Ambletellium castellum profugerunt. In Ambletello sex peditum signa fuerunt: quò cum Gallicus exercitus esset deductus: & se dies aliquot Ambletelliani fortiter defendissent, ad extremum multis suorum amissis pacti ut incolumibus abire liceret, castellum Henrico Regi permittunt. In eo castello erat Mirandula quidam spurius: qui cum nonnullis Italis militibus ad Anglos transfugerat. Huic tametsi pactione erat exclusus, veniam Rex dedit: de cæteris plerisque Italis supplicium sumpsit. Reperta sunt in eo castello tormenta ænæa varij generis: bellicorum instrumentorum commeatusque magna copia: quòd hæc cum ex Anglia in Galliam transmittebantur, in Ambletello condi solebant. Blanconetiani hoc successu Henrici Regis permoti legatos è suo numero ad eum mittunt: seque ut in deditioem recipiat petunt. Quare impetrata tradere arma iussi & ea omnia quæ ad oppugnationem sustinendam illata eò erant, faciunt. In eo castello xxv tormenta ænæa fuère: commeatus puluisque tormentarius satis multus. Monlambertini eodem metu quo cæteri percussi incensis tabernaculis, corruptoque commeatu in oppidum Guynam fuga se recipiunt. Relinquebatur Tur-

Sellaqua
expugna-
tur.

Amble-
telliũ ex-
pugna-
tur.

Miran-
dula Spu-
rius.

Blanco-
netiani
Henrico
se dedũt.

Monlã-
bertini
incensis
taberna-
culis Gny-
nam fuga
se reci-
piunt.

Tarris
o enata
castellū
munitis-
simum.

Henricus
exercitū
dimittit.

ris-ornata castellum natura atque arte sic munitum
vt in eo oppugnando dies multi necququam con-
sumpti sint. Conuocato concilio Rex cū Bononiā
breui obtineri non posse omnes censerent, propterea
quòd egregiè rebus omnibus instructa, quæ ad op-
pugnationem sustinendam erant necessaria, sitaque ad
Oceanum muris ac turribus firmissimis vndique
muniebatur, hyemsque aduentabat, commodissi-
mum fore statuit, relicto in omnibus castellis quæ ce-
pisset præsidio: vt pro occasione factis eruptionibus
Bononienses vexarentur, réque frumentaria atque
commeatu prohiberentur, exercitum dimittere. Nec
vanum quidem consilium id fuit: quippe cū diu-
turnitate obsidionis vsque adeò res Anglorum attritæ
sint, vt qui Bononiam retinere summè antea desi-
derassent: nec ad eam rem sumptui pepercissent: ta-
men re desperata de compositione secum agi faci-
lè tandem sint passi. Erat Francisco Regi cum Helue-
tiis fœdus sanctissimum: certaque merces quotan-
nis ab eo iis populis pendebatur, vt eorum auxiliis
ad tuendas res suas vteretur. Id fœdus quòd valde
ex vsu Galliæ & Francisci Regis fuisse perspiciebatur,
Henricus vt confirmaret multum ab initio per le-
gatos cum Heluetiis egerat. Sed quòd Carolus v.
Cæsar id agentem interpellabat, & variis studiis
inter se Heluetij distrahebantur, conuentu vniuerso-
rum confici res non potuit. Quamobrem Henricus
per partes eos aggressus, antiquæ religioni deditos
primùm ad se pellexit: ceteri difficulter assentic-

bantur. Nam ante Francisci Regis mortem Mel-
 dæ quatuordecim ea in vrbe cremati vna die igni-
 bus religionis Germanicæ nomine: & variis locis
 Galliæ eodem supplicio affecti eo Rege, & Henrico
 item imperante complures, supramodùm animos
 Heluetiorum qui eandem religionem eadèmq̃ue
 sacra colebant, à Gallorum causa rationibùsque ab
 alienauerant. Sed tanta contentione curaque in
 hanc rem Henricus incubuit, vt ad suas partes cun-
 ctos Heluetios præter Bernates atque Tigurinos
 tandem adiunxerit. Manebat Tigurinos Zuinglij
 Ecclesiastę quondam sui etiannùm memoria, qui
 suis concionibus eos iam ante septem & viginti
 annos plurimùm erat hortatus, ne suum sangui-
 nem cuiquam Principi mercede addicerent: ne-
 dum iis qui ab eorum religione discreparent.

Henricus
 Helue-
 tios præ-
 ter pau-
 cos ad
 suas par-
 tes adiu-
 git.

Hæc sunt Septembri mense gesta. eodèmq̃ue
 tempore Pictones, Santones, Rupellani, Ango-
 listmi, Lemouices ab Henrico impetrarunt, vt quæ
 à Francisco patre de condendo in horreis publicis
 sale illis regionibus erant constituta: & quæ su-
 periore anno seditionem commouerant, ea abro-
 garentur: & recepto more vectigal in posterum
 triente bessęque salis venalis definiretur: quod
 ad octoginta Francicùm nummùm millia quo-
 tannis conductum iri sponndere. Præterea du-
 centa aureorum millia ab iis ciuitatibus nume-
 rata sunt, quæ in bellicos sumptus & redimen-
 dos vectigales quosdam agros, qui erant à Regibus

alienati infumeretur. Ad hæc pauloque superiora tempora Carolus Imperator Philippum filium in Belgas euocatum earumque nationum præsidem constitutum per Flandriam, Hænnoniam: Attrebatésque circumducebat: ac postea eundem Maria eius amita, quæ Lodoico Hungariæ Regi à Turco Imperatore olim in bello cæso nupserrat, per Hollandiæ, Geldriæ, Artifiæ & cæterarum propin quarum Caroli regionum fines (eas verò omnes obtinuerat Maria prouincias) deducebat: eosque populos Philippo, qui succedere in eorum imperium Carolo deberet, conciliabat. Inueterauerat pessimo more in Gallia consuetudo, ut milites, vel cum ad exercitum proficiscerentur: vel cum è castris redirent: vel si vsquam statiuæ, hybernæue haberent (quod cataphractis equitibus pacis quoque tempore in vsu fuisse demonstraui- mus) ij omnes sumptibus eorum quorum adire domos collibuisse: vel quas mansionarij designatores annotassent, alerentur. Ii omnium generum homines, sed maximè agricolas ea ex re vexare: nullum sumptibus, nullum luxuriæ modum facere: rapere omnia: & vix finem iniuriis nisi mercede accepta facere ac penè quasi in hostili regione essent, plebeiorum bona populari. Ad hæc mala compescenda ab Henrico Rege saluberrima ratio pro tempore inuenta est. Nam cum cataphractorum equitum annum stipendium centenorum octogentorumque nummum Francicū, Ferentariorum verò quos auxiliosos his datos sagitari- os nominari diximus, nongentorum esset, quingenti

Fran-

Depreda-
tionibus
militum
Henricus
providet
auctis e-
orum sti-
pendiis.

Francici annui cataphractis: auxiliariis eorum ascen-
 sisque ducenti: leuiores armaturæ equitibus quorum
 menstruum stipendium denum Francicum fuerat, se-
 ni deni constituti sunt: cautumque lege ut suis stipen-
 diis victum milites compararent: ac pœna capitis pro-
 posita, si quis non numerato pretio ab vlllo homine
 quicquam sumpsisset. Cùm verò peditum delectus ha-
 beretur, his tum quoque pecuniam ad victum dari sta-
 tuitur: & in oppidis vicisque omnibus plebis suffragiis
 deligi actorem: cui testatione Curionis duorumque
 testium interposita deferre ad Regem aut Magi-
 strum equitum Tribunusue militares, eos milites, ius
 sit, qui vllum hominem quacunque re violarint. Hæc
 lex Parisiis publicè præconis voce pronuntiatur xij.
 Cal. Decembris. Eodem tempore iudicia de iis qui
 hæresis arcesserentur, Episcopis, eorumque legatis la-
 ta lege permittuntur: sed magistratibus, ut de crimi-
 ne quærant, reosque legibus interrogent, eadem lege
 mandatur. Id cùm fecerint, iudicij faciendi causa eof-
 dem ad Episcopos deduci cum quæstionis instrumen-
 tis iubeant. Causa hæc in lege ascribitur, quòd sibi su-
 perioribus legibus iurisdictionem suam ademptam
 Episcopi quererentur: quibus legibus huius criminis
 quæstiones atque iudicia regis magistratibus tribue-
 bantur: eamque ob rem sese minus actiter de his cri-
 minibus exercuisse quæstiones Episcopi dictarent.
 His rebus motum Franciscum Regem ante decennium
 Episcopis restituisse ius suum: sed quòd in senatu reci-
 tata ea lex non esset, inanem eam fuisse. Sed cùm non-

De hære-
 tici iu-
 dicia E-
 piscopis
 & eorum
 legatis
 permit-
 tuntur.

nulli ita existimabant, non odio vllō religionis legi-
 bus improbatæ recentem legem editam fuisse: sed ma-
 gno astu regij consilij principes fecisse, vt cūm Roma-
 næ religionis, eiusque antistitum iura atque authorita-
 tem extollere lege viderentur: tum maximè eos qui
 ab ea religione desciscerent, seuerissimis pœnis quibus
 in eos à magistratu animaduertebatur eximerēt: quip-
 pè cūm grauiorem pœnam perpetuo carcere Episcopi
 non imponant: sibi que ius gladij adēptum sacris liti-
 ris fateantur. Hoc anno Carolo Lotharingo Guyssa
 Cardinale Rhemenſi Archiepiscopo postulante Rhe-
 mis literarum omnium artiumque schola permissu
 regio pontificiōque constituta est. ac xix Cal. Ianuarij
 Marguareta Nauarræ Regina literata & studiis do-
 ctrinisque dedita fœmina excessit è viuis. Hoc eodem
 anno Ioannes Fliscus Dux Genuensium, qui magi-
 stratus eorum legibus est annuus, reipublicæ in perpe-
 tuum occupandæ consilium cēpit: atque vt id effi-
 ceret, sese ac ciuitatem in Gallorum Regum fidem
 dedere paratum ostendit: iāmque ad effectum pro-
 pè rem perduxisse videbatur superato nauali pralio
 exercitu ciuitatis cui Andræas Doria præerat, cūm
 è nauī in aliam traiciens præceps in mare delap-
 sus fluctibus absorptus est. Incunte anno post
 Christum natum millesimo quingentesimo quin-
 quagesimo vt aucupium venatiōque liberiora nobi-
 litati forent: & opifices agrestēsque quos cæteræ pœ-
 næ ab iis rebus spe quæstus incitatos auertere non
 poterant, facilius reuocarentur, lata lex eiusmodi

Rhemis
 omnium
 artium
 schola
 permissu
 regio Pō-
 tificiōque
 constitu-
 ta.

est, qua venum proponi publicè lepores, ardeolæ, perdicésque iubentur: pretiumque leporibus duode-ni arei nummuli: ardeolis perdicibusque seni tan-tummodò constituitur. Per id tempus vt eorum fraudibus obuiam iretur, qui falsos nummos cude-rent, cùm quid vel minimum iusto ponderi deesset, pro adulterino esse sancitur. Mirum verò quàm grauis molestaque ea lex initiò plebi fuerit: pro-pterea quòd vix nummus vllus æquo pondere re-periebatur: ita grassatæ passim erant falsariorum fraudes. Eodem quoque fere tempore Petrus Li-zetus senatus Parisiensis princeps valde iam senex quòd in sanctius consilium habendi consilij cau-sa conuocatus sese arrogantius gessisse dicebatur ab-rogare magistratum sine ignominia est coactus: idemque regia indulgentia Victoriani Cœnobij in suburbiis Lutetiæ positi Abbas statim est factus: móxque libellum de sacris scriptis in vernaculam linguam non vertendis, item alterum de confessio-ne quæ fit in aurem sacerdoti: aliósque nonnul-los eiusmodi de rebus libros contra Luteranos in lucem emisit.

Petrus
Lizetus
parisien-
sis præses
abrogare
magistra-
tum
cogitur
&c.

Lizeto subrogatur Ioannes Bertrandus vnus è curiæ Præsidibus. Tertio nonas Februarij Ioannes Maria Montanus Cardinalis, qui à Gallorum partibus minimè alienus putabatur, iis in primis suffragantibus, Farnesianisque in Pauli III. locum qui duodecimo & sexagesimo ante die animam e-gerat, à Cardinalium collegio sufficitur: isque

Lizeto
subroga-
tur Io.
Bertran-
dus.

Iulij^{MI}. commutato nomine è veterè instituto Iulium III. ap-
 pellari se statuit. In ea cooptatione præsentès affuerunt
 Borbo, Lotharingus, Bononius, Turno, Bellaius, Vin-
 docinus, Guyfa & Ambatianus Gallici Cardinales: è
 quibus Ioannes Cardinalis Lotharingus quo Francis-
 cus Rex perquam familiariter vsus erat, paulò post ex-
 cessit è viuis: eique in Metensem Episcopatum succes-
 sit Robertus Lenuncurtus Cardinalis. Ioannis frater
 Claudius Lotharingus Guyfiæ Dux paulò ante eum
 animam efflauerat. Prædie quàm Paulus moreretur cõ-
 scripsisse legem dicitur, qua Romanum populum gra-
 uissimis leuabat vectigalibus sali cæterisque venalibus
 rebus quàm plurimis à se impositis. Iulius Pontifex
 creatus, cum in more esset positum, vt Cardinalatum
 quem ante adeptum Pontificatum nouus Põtifex ob-
 tinuerat, cui vellet homini mandaret, Innocentium
 quendam legit, quem in collegium cooptaret: de quo
 cum ceteri Cardinales quererentur quòd hominẽ ob-
 seurum nullisque meritis ad tantum honorem euehe-
 ret, Pontifex non inurbanus, Et vos, inquit, quid tan-
 dem in me meritorum comperistis, vt Christianæ ec-
 clesiæ principem constitueretis? Dum Scoti Gallicis
 copiis confirmati bellum cum Anglis gererent, E-
 duardus Semerus regni Anglici Procurator Thomam
 Germanum qui Param quæ Henrici viij. Angliæ
 Regis vxor fuerat in matrimonio habebat: & cui ob-
 rixas quasdam vxorias erat offensus, maiestatis non sat
 idonea, vt dicitur, causa postulatam capite condem-
 nari passus erat. Ipse captis ad Bononiam castellis at-

que arcibus quas suprà commemorauimus, in inuidiã Anglis venit: ac malè gestæ reip. accusatus in custodiã Londini est traditus. Ad quod fere tempus cùm discordiis ciuilibus Anglia agigaretur: & negligenter bellũ in Scotia gereretur: multique ex Anglis qui Edimtone relictĩ præsidio fuerant domum reuertissent: cæterorum multos pestis extinxisset: ac eodem tempore sedulò bellum Termes administraret, Rutlandus Comes noctu Edimtonem profectus reliquum præsidium vrbe eduxit: ac paulò post idem Termes Borthecragium castellum firmissimum vi cepit. Eduardus verò Semerus ampliatus tamen republica abstinuit. Ei conflare inuidiam modis omnibus Varuicius Comes inimicus nitebatur. Sed cùm has inimicitias summam rempublicam in discrimen adducturas cæteri Angliæ Principes perspicerent, eorum reconciliare studia atque voluntates connixi sunt: eosdẽque simultates deponere iusserunt. Quinetiam confirmandæ reconciliatæ gratiæ causa Varuicium filium cum Semeri nata matrimonio coniunxerunt. Paulò post Semero Varuicioque authoribus pax inter Henricum Galliæ & Eduardum vj Angliæ Reges his præcipuè conditionibus facta. Bononiam Henrico reddituros Angli promittunt. Normaniæ causa annum Angliæ Regi pendit quondam pactum quadringentis aureorum millibus redimendi Henrico Regi fit potestas. Donglassum & Lauderium oppida Angli Scotis restitutos spondent: atque cùm his quoque pacem amicitiamque confirmant. Obsides ab Henrico Rege dum promissa ex-

Discor-
diis ciui-
libus An-
glia agi-
tatur.

Edimto
in Scoto-
rum di-
tioriem
redacta.

Pax inter
Angliæ &
Franciæ
Reges fa-
cta & qui-
bus con-
ditioni-
bus.

Obsides
in Angliã
missi.

Eduardi
& Henrici
ad inuicem
munera.

pleret in Angliam missi Borbo Anguianus, Lodoicus Borbo Condorum Princeps eius frater, & Franciscus Vindocinus Carnutum præfectus, aliique è Gallica nobilitate nonnulli. Non ita longè postea quasi amicitiaë tesseræ insignia equestris sui ordinis uterque Rex alteri misit, Henricus Michaëlleum: Eduardus verò Perischelidem. Sed cum Albo Andræanus Tribunus militum ad Eduardum Angliæ Regem Michaëlleum insigne deportaret, Maria Hungariæ Regina quæ Belgicæ provinciae legata præerat, nauibus undique conquisitis iter eius obseruabat: eumque insidiis excipere cogitabat: sed cum alio portu soluisset, atque Maria existimauerat, eius conatus Albo elusit. Henricus tamen Rex cum de eo nuntiis ad eum perlatum esset, Dieppæ quicquid nauium Belgicarum fuit, quoad rediret Andræanus, retineri præcepit. Maria itidem Regina de Gallicis in Belgis repertis idem statuit. Ruthius tùm Comes Villabonem comæatum Teroanam inferre conantem quantum potuit, interpellauit. Has verò Caroli Cæsaris iniurias eò grauius Henricus Rex tulit, quòd proximis diebus gratificandi Cæsari causa Lincantium castellum Rognaci viri fortissimi ad Arduenam syluam positum funditus euerti iusserat: quòd ex eo Cæsariani excursionibus vexari in dies, multaque incommoda afferri sibi à Rognacoquerentur. Id castellum iam olim tam firmum fuerat, ut quindenos dies à Cæsare bellis superiori-

bus cum Francisco Rege frustrâ fuerit oppugnatum: & post id tempus Rognacus eas munitiones magnopere confirmarat. Confecta cum Anglis pace, Bononiâque reddita, in id oppidum Henricus Rex Idibus Maij ingressus pro munere Mariæ nauî insidentis signum argenteum affabrè factum, Lampadâsque quatuor in templo collocauit. Ad hoc tempus Valdenses qui in Prouincia pagos vicôsque habebant, de iniustis suppliciis quibus à senatu Aquisi anno post natalem Christi millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, atque insequenti sese affectos dictitabant, grauitè & oratione ad miserationem aptè composita apud Henricum Regem questi eum permouère, vt senatum Parisiensem in eos quærere iuberet, quorum fraude culpâue in eo negotio quicquam esset admissum. Ea res agitata publicè prope dies quinquaginta in senatu magno concursu cuiusque modi generis hominum, summaque expectatione iudicij, de qua hoc loco, quòd nulla alia res per hæc tempora sermonibus hominum æquè celebrata sit, non alienum puto paucis exponere. Valdenses id nomè à Petro Valdo sumpserunt: qui annos fere abhinc ducetos vehemèter in opes fastûque Põtificû, vitia morésque eorû atq; adeò Ecclesiasticos prope rit⁹ omnes inuect⁹, cû se à Romana Ecclesia segregasset, sectatores quâ plurimos habuit: quos cû cætera plebs aspernaretur, atq; abhorreret: nemòque illos aditu, nemo congressione, nemo sermone dignos iudicaret, per multas nationes vagati varia nomina

Bononiâ
Henricus
ingredi-
tur & di-
uæ Mariæ
signû ar-
gentum
& 4 Lam-
pades of-
fert.

Valden-
ses.

Valdēſes
 varia no-
 mina for-
 titi.

diuerſis è rebus fortiti ſunt: in Lugdunenſi prouincia
 Lugdunenſium pauperum: in Anglia, Sarmatia, Liuo-
 niâque Lollardorum: in Flandria Artiſiâque Turelu-
 pinorum: in Delphinatu Subalpinis que nationibus
 Gynicorum. Horum multitudo, quedam è Subalpinis
 regionibus iam ab eo tēpore profecta in deſertum que
 dam incultum que & aſperum locum Prouinciæ per-
 uenit, eum que domicilio ſibi locum delegit: & com-
 plures vicos pro ſua multitudine ibi conſtituit. Hi ho-
 mines poſtquam Luterus Pontificem Maximum Ec-
 cleſiaſticâs que cæremonias & à patribus accepta inſti-
 tuta ſuis libris exagitaſſet, multos que in Germania &
 Heluetiis reperiſſet, qui eius ſectâ diſciplinam que ſe-
 querentur, communicato conſilio cum eam rationem
 ſuæ religioni cōſentire cognouiſſent, ex iis nationibus
 magiſtros literis exultos (nam tum Valdēſes ferè ſine
 literis erant) acciue. Quod cum ſenatui Aquenſi re-
 nuntiatum eſſet, quaſita re homines ad viginti ex iis
 qui Merindolum oppidum incolebant, pro omni
 multitudine ſeſe ſenatui vt ſiſtant iubet. Hi Aquas Sex-
 tias profecti, manifeſtum ſe vitæ diſcrimen adituros
 intelligunt, ſi ſe iudicio permitterent: cæque de cauſa
 infecta re cuius gratia venerant domum regrediuntur.
 Senatus poſtquam ternis eos forēſibus præconiis euo-
 caſſet, nec ſui præſentiam feciſſent, Merindolios cum-
 ctos contumaces pronunciat: cenſet que vt in patres fa-
 miliâs igne vindicetur: mulieres cateram que familiâ
 capiendi ſiſtendique iudicio poteſtatem cuiusuis ge-
 neris hominibus facit: ſi capi nequeant pro exulibus
 eſſe

esse imperat. Ad hoc quòd palàm esset Merindolum omnibus religionis damnatæ asseclis esse perfugium, eoque quasi in sentinam impios omnes confluere, id oppidum dirui, incendiq̄ue: & eum locum perpetuò esse incultum statuit. Id Senatusconsultum Aquis Sextiis ad decimum Cal. Decembris est factum eo qui supra ascriptus est anno. Paucis diebus interiectis Arelatensis Aquisque Archiepiscopi conuocatis aliis ex ea vicinia Præsulibus exequi senatus decretum cōstituunt: sumptusque in eam rem de suo decernunt: atque senatui persuadent, vti militum delectum ab eis haberi patiatur. Cùm iam multitudo conuenisset, Alencus quidam iure ciuili ac sacris literis iuxta atque doctissimè eruditus Merindoliorum sortem miseratus Bartholomæum Chassanæum principem senatus pro ea quæ cum eo ipsi erat consuetudine & familiaritate adit: multaque proponit, quare desistendum ea re horretur, quæ & periculi plurimum haberet, & iniquitatis non minus. Quam enim habere rationem vt in fœminas ac pueros, & plæranque multitudinem nondum ritè cōuictam pro aliorum peccato animaduertatur? His ac talibus dictis sed vel maximè ridicula re quadam, quam de se ipse Chassanæus in librum quendam suum retulerat, quam de gloria mundi inscripsit, eaque ad rem seriam accommodata vehementer eum permouisse Alencus dicitur. Is Chassanæus scribit, cùm in Aussenensi præfectura murium multitudo segetes passim corroderet, nullum præsentius remedium ei rei Aussenenses existimasse, quàm vt He-

Merindolum he
retioru
perfugiu.

Aquis
Senatus
decretum
aduertē-
dum Me-
rindoliu.

Murium
execra-
tio.

duensis Episcopus eiusue legatus mures execraretur: de quo cum regius procurator Episcopi legatum rogasset, illum censuisse trinundino die præconis voce mures euocandos, quod cum factum esset, tamen eundem de concilij sententia fieri iudicium noluisse, ni cum muribus absentibus patronus datus esset, isque pro iis causam dixisset: propterea quòd eo iudicio murium omnium salus ageretur. Se verò patronum muribus fuisse Chassanæus commemorat, qui ium in Heduorum ciuitate Aduocatum agebat: in eaque causa pro officio multis argumentis persuasisse iudicibus, haud ritè atque ordine in ius vocatos mures: atque vt eis Curiones de integro singulis in paræciis diem dicerent impetrasse: & ea quidem confecta re rursus iudicibus demonstrasse rem in breuius tempus fuisse collatam: præsertim cum vicis omnibus insidias feles muribus tenderent: multaque ad murium defensionem è sacris libris deprompsisse: & vt diem latius iudices proferrent obtinuisse. Hac oratione nomen amplissimum Chassanæum assecutum Alencus apud eum dictitare. Quàm verò esse auribus animisque hominum absurdum, vt qui in muriu causa iudiciorum tamen ordinem seruandum censuerit, eum in hominum vita bonisque contemnat? Hoc Alenci sermone Chassanæus absterritus manu militari in Merindolios exerceri senatus decretum noluisse dicitur. Sed cum huiusce Senatusconsulti seueritatem fama diuulgasset, rumoribus quoque ad Fræncisci Regis aures peruenit. Is nihil in tanta re teme-

rè aggrediundum arbitratus, Illermo Bellaio Langæo mandat, qui tùm Turino oppido Subalpinae regionis præerat, & cui rerum omnium fidem maximam habebat, vt de Merindoliorum moribus vitæque omni diligenter inquireret, ad eúmque referret. Is sic reperit ducentos abhinc annos incultum horridúmque solum vectigale eis relictum à dominis: sed labore atque assiduitate ferax frugum omnium bonúmque pecori redidisse. Eos patientissimos laboris: abhorrentes à litibus: in egenos liberales. Sed eam esse eorum religionis rationem vt perquam rarò diuorum ædes adire conspiciantur, si quando in proxima suis finibus oppida mercandi causa, aut negotiorum veniant: quò si se quandoque inferant, ita diuinis precibus operam dare, vt haudquaquam statuis Dei diuorúmque sese aduoluant: nec iis cereos anathematáque vlla ponant. Sacerdotes à nemine de his rogari solitos vt pro ipsorum fortunis aut propinquorum manibus diuinam rem faciant. Si quando intonuit, non sibi frontem cruce notare, vt est aliorum hominum consuetudinis: non se consecrata aqua conspergere: aspersosque ab aliis ægrè ferre: tantum suspicere in cœlum, Deúmque implorare. Postremò sacra alio ritu moréque ac recepto, idque lingua populari facere: nec Pontifici Max. atque Episcopis quicquam honoris deferre: sed quòsdam è suo numero delectos pro Antistitibus habere. De his rebus factus Franciscus Rex à Langæo certior, literas ad senatum Aquensem misit,

Merindoliorum
mores &
vita.

Francisci
ad senatū
Aquensem
literæ &
earum
tenor.

quarum hæc fuit sententia. Deceuisse se benignitate
 & clementia eniti, vt in viam Valdenses redeant po-
 tiùs quàm agi cum iis summo iure velit. Itaque præ-
 terita eis condonare, si ante trimestre sententiam pu-
 blicè reuocent. Sed quò intelligatur, qui sint qui eo
 beneficio vti velint, potestatem his fieri per senatum
 decernit, vt intra id tempus Aquas Sextias delecti
 ex oppidis vicisque nonnulli cæteræ multitudinis no-
 mine veniant: qui si in impia sententia perseuerent,
 more maiorum de his sumi supplicium: ac ad eam rem
 omnes magistratus præfectosque militiæ senatui o-
 pem ferre. Diploma regium ea de re ad sext. Idus Fe-
 bruarij anno post Christum natum millesimo quin-
 gentesimo quadragesimo quinto cõficitur: quod post-
 quàm in senatu lectum esset, Franciscus Chaius Iller-
 mûsque Armantus Merindoliæ plebis legati rem ad
 disputationem reuocabant. Senatus his qui sibi igno-
 tum velint, reuocandi sententiam potestatem facit:
 qui id non fecerint, his supplicium cruciatûsque pro-
 ponit. Merindolij nihilominus oblato supplice libello
 idem rursus à senatu petere instituunt: sibi que ini-
 quam conditionem ferri queruntur: cum eò illos se-
 natus redigat, vt fateri se hæreticos aut perire oport-
 teat. Senatus de his sese die octauo pronunciatuum
 responder. Interea Chassanæus adhibitis regis Co-
 gnitoribus secretò & in occulto cum Chaiio Arman-
 toque agit: eosque monet & hortatur, vt cum ma-
 nifestò heresis teneantur, errorem confiteri non pi-
 geat: eaque re sese ac paruos liberos præsentis periculo

eripiant. Ii cùm in eo perstarent vt de eorum erroribus cognosceretur, Chassanæus eos à ritibus ab Ecclesia acceptis recessisse nec Pontifici Max. amplius quicquam ac cuius de plebe homini deferre demonstrat. Postquàm Chaius & Armantus de his differere ceptabant, Chassanæus interpellat: vt quæ doctrinæ suæ capita in libellum referant, eumque senatui præbeant, Merindolios monet. In eadem causa erant Cabrierenses, Cabrierenses. quorum oppidum in Veneto Comitatu Auenionensium est situm. Hi cùm Auenione manum cogi, easque in se copias parari intelligerent Sadoletum Cardinalem humaniorum disciplinarum perquam studiosum adeunt: eique de suæ religionis ratione conscriptum librum præbent: in cuius extremo summis ab eo precibus contendunt, vt si quid in eo desideraret, id eis indicare minimè grauaretur. Ad ea Sadoletus placidè & benignè simul pauca pro tempore respondet. In crimen certè id doctrinæ genus vocari quod eo libello profiteantur. Cætera omnia quæ hominum sermonibus de iis iactentur, meras nugas esse: falsòque his ea crimina intendi. Id quæstionibus ea de re habitis planum esse factum. Sed in eo libello quædam posita verba esse, vt reliqua prætereant, quæ integra sententia immutari in melius possint, seque ita existimare acriore stylo præsules pontificesque ab iis laceffi. Eis se bona omnia cupere: minimèque ex animi sui sententia futurum, si cum iis hostiliter agatur. Id quò magis intelligant, se ad suas ædes quæ sunt ad Cabrieram, certa die esse vèturum: ac coram

cum Cabrirensis acturum, quid iis facto opus existimet. Sed cum interim exercitus aduentaret, iamque non amplius millia passuum duo Cabriera abesset, Sadoletus adito legato Auenionensis provinciae praesidis qui eas copias ductabat perfecit, ut illæsis Cabrirensis domum regrederetur. Merindolij ex præcepto Chassanæi cum suam de religione sacrisque rebus sententiam defensionemque scripto comprehendissent, idque senatui obtulissent, senatus Ioannem Durandum Senatorem & Cabilonensem Episcopum unà cum Doctore quodam Theologo, cui postea nonnulli alij adiuncti sunt, Merindolum mittit, qui hæresim Merindoliorum coarguant: iisdemque si ab errore atque hæresi discedant, è regij diplomatis sententia veniam dent & impunitatem: si recusent integram rem ad senatum referant. Cum reuocari à sententia Valdenses non possent, paucos tamen menses à Merindoliis abstinetur: propterea quod Franciscus Rex omnecius rei iudicium ad se reuocauerat. Sed rumoribus ad eum allato Valdenses coactis millibus hominum quindecim Massiliae occupandæ consilia capere, nouisque rebus studere, Merindolios Valdensesque Aquensi senatui permisit. Senatus pridie Idus Aprilis postquam consultasset, Senatusconsultum illud suum asperum de Merindoliorum proscriptioe exequendum statuit: eique rei Franciscum Fondiam Praesidem, Honoratum Tributium, Bernardum Badetium senatores præficit: ac cum eis

vnâ Guerinum filci Aduocatum: quam ad rem Ioannes Menierus Opeda senatus A quensis princeps qui in eum honorem Chassanæo repentina morte absumpto successerat, & erat Grinani Præsidis Prouinciæ legatus, suam operam atque exercitus pro sua potestate & imperio pollicetur: idémque cùm belli Anglici causa milites in Prouincia coëgisset, iis copiis Merindolios oppugnare instituit: & præterea ex Subalpina prouincia ad sex signa peditem cum turma quadam equitum, cui Paulinus præerat, accecit. Adhæc in Prouincia edictum proponit, quod omnes qui ferre arma possint eodem conuenire iubentur: præter hos ad quadringentos fossores secum deducit. Cum his copiis profectus partem exercitus Cabrietam, Puppim, Motram, Martiniúmque vicos incendere imperat: ac incolas habere pro hostibus. Trucidato eorum magno numero viri prope ad octingentos capti remis addiæti feruntur. Postridie Lauromarinus, Villalaura, Trezeminæ, Genso, Rupésque vici, vnde multitudo omnis profugerat, inflammantur. Proximo die dispersas copias eodem Opeda conducit: ac Merindolum oppugnare intendit. Sed cùm vicinam omnem regionem ardere Merindolij conspexissent, relictis rebus suis omnibus profugerat: seque in proximas sylvas collésq; cū liberis atque vxoribus abdiderant. In eorū oppidū postquam Opeda aduenisset, Mauricius quidam Candidus vnus ex omnibus est repertus: quē Opeda deligatum ad oliuam tormentis emissis iussit

Merindolij in
centis vicis re-
gionis,
omnibus
rebus re-
lictis cū
liberis &
vxoribus
in proximas
sylvas
fugiunt.

necari. Ex eo oppido profectus exercitum ad Cabrieram deducit, cuius portas oppidani claufuerant. Ibi tū admoueri tormenta mœnibus iubet, murumque subuertit. Erant omninò in oppido qui Oppedanorum impetum iuftinere aufi effent viri ad sexaginta: fœminæ triginta: reliqua multitudo pars in antris latibulisque deliteſcebant: alij ſuo templo ſe Deum ex ſuæ religionis inſtitutis rogitanter continebant. Urbis portitus, quam Cabrierius quoque dominus oppugnabat, quiſque portas aperire oppidanos ſequæ Oppedæ poteſtati permittere ſuadebat, à multitudine pœnas exegit: nec ſexu nec ataq; peperciſſe dicitur: eamque diem Auenionenſes columnæ inſcripſerunt. Eandem prope fortunam ſubiêre qui Coſtam oppidum incolebant: ac vici omnino ad viginti numerantur de quorum incolis ſupplicium ſumptum fuit. Insuper aqua ignique Oppeda Valdenſibus cunctis interdixit: omnesque eos qui eorum quenquam vlla re adiuſtaſſent eodẽ loco quo Valdenſes habiturũ edixit. His ita geſtis ſenatus rurfus ex ſuo ordine quosdam deligit, qui de hæreticis legibus quærant: factòque iudicio nonnulli remis mandipantur: alij pecunia mulctantur: quidam abſoluuntur: in his Centalij clientes fœcẽ omnes. Sed quinto decimo Calend. Septemb. ſenatus per Fondium Præſidem, de quo ſuprà memorauimus, à Franciſco Rege diploma impetrauit, quo ſupplicium de Valdenſibus ex Senatuſconſulto Aquenſi ſumptũ comprobare Franciſcus videbatur. At verò poſtquam his de rebus ad Henricum Regem eſſet allatum, minime

Cabrieræ
oppidum
expugnatur à
Catholicis.

Coſtæ
vrbis
expug
natio.

Valdenſi
bus igni
& aqua
interdi
citur.

Centalij
clientes
Abſolui
tur.

nimè eam rem omittendam negligèdámque censuit: nec præiudiciis quibus Franciscus paterreferente senatu Aquisi inauditis Valdensibus confirmasse eas res dicebatur, adhærescendum putavit, quin de integro pro rei magnitudine ea de re Parisiensem senatum cognoscere iuberet. Ea res tandem Parisiis magna frequentia cuiusque generis hominum euocatis Oppeda principe senatus, Fondio præside, Tributio, Badetiô- que senatoribus Aquisibus, ac Guerino fisci Aduocato publicè actitata est: ac fere iudicij totius seueritas in Guerinum recidit, quem comperta crimina luere capite senatus Parisiensis iussit: & breui postea Oppeda grauibus intestinorum doloribus & magno totius corporis ardore cruciatus excessit è vita. Magnæ iam olim frequentésque lites de sacerdotiis omnis generis propter eorum amplissimos fructus intendebantur à plerisque hominibus per cuncta tribunalia Gallix: hæcque in primis è pontificiorum ministrorum fraudibus, propterea quòd summum in iis ius Pontifex Max. sibi vendicat, nascebantur. Primùm infinitas falsas literas reperire erat, quibus eiurandorum sacerdotiorum gratia procuratores constitui continebatur: atque ab iis qui in rationes referunt quæ cui sacerdotia Pontifex Max. largitur, frequentes testationes sacerdotij mandati sumebantur: nec procuratoriæ literæ prius promebantur, quàm quo die opportunum videbatur concessum sacerdotium profiteri: sic vt procuratoriæ literæ ad duos plærunque annos asseruarentur: nec ante eius mortem qui sacerdotio cessisset, proferrentur.

Guerinus
fisci ad-
uocatus
capite
plectitur.

Pót. Ma.
summum
ius habet
in sacer-
dotiis.

Præter hæc plerique ea conditione sacerdotia eiura-
 bant, dum Pontifex Max. certis hominibus ea permit-
 teret: quod cum factum esset, tamen integra omnia
 iis qui sacerdotio cesserant quoad superstites essent,
 permanebant: quod Pontificis Max. beneficiû spre-
 uisse quibus mandata sacerdotia recens fuerant, præte-
 xebatur: qui tamen simulatè possessionem eorum a-
 dipiscebantur: id quæ actis scribæ pontificij mandabât.
 Ad hæc quod ita legibus pontificiis statuatur, irritam
 eiurationem esse, ni quæ intra trimestre peruulgetur,
 plerique cum procuratores abdicandi sacerdotij causa
 constituisent, illicò mandatum occultè reuocabant:
 ac aliæ fraudes innumeræ calumniosè struebantur. Vt
 his fallaciis viam aditumque Rex obstrueret, legem
 Iunio mense sanxit: cuius capita hæc fuere. Vt ponti-
 ficij scribæ fidem probitatè que suam Episcopis, eo-
 rumque legatis probent: ut quæ ad certum numerum
 (erant enim infiniti) reuocentur eorundam nomina
 in acta Episcopaliû præsidialiumque curiarum refe-
 rantur: iique suis actis binos testes aduocet minimè do-
 mesticos eos quidem: sed minimè ignotos tamen: ac
 eorum quæ egerint annuatim Episcopis fidem faciât.
 Vt qui Roma afferri diplomata Pontificia curant,
 sese apud iudices iureiurando obstringant omnia è
 fide acturos: ut quæ in actis ab iis dies perscribatur,
 quo aditi, & quo procuratoriæ literæ ipsis oblata
 conscriptæ, & per quos scribas confectæ sint: qui-
 que testes iis rebus affuerint: præterea quo die ipsi,
 & qua de causa pernices tabellarios emiserint.

Henrici
 lex de
 scribis
 pontificiis.

Adhæc vadibus caueant, ritè atque fideliter quæ
 sui muneris sunt esse facturòs. Sed inter Henri-
 cum Regem Pontificiæ alioqui dignitatis obser-
 uantissimum, Iuliumque Pontificem Max. res quæ-
 dam huiusmodi bellum atrox variùmque excita-
 uit: quam paulò altius repetere non indignum
 videtur. Paulus III. Pontifex Max. Petro Lodoi-
 co Farnesio filio Parmam Placentiamque Pontifi-
 ciæ ditionis vrbes permutationis specie tribuerat;
 quibus oppidis cum annos aliquot Pet. Lodoicus
 imperitasset, à coniuratis, vt supra memorauimus,
 Placentiæ cæsus erat: idque oppidum Ferdinan-
 dus Gonzagua insubriæ præfectus à Cæsare statim
 inuaserat: nec à fide abducere Parmenses potue-
 rat: sed ij Octauio Petri Lodoici filio obedientes
 fuère. Eo tempore Paulus Pontifex Max. multis
 precibus cum Cæsare egit, vt Octauio Placentia red-
 deretur: sed vtrò se Placentinos Gonzagua dedi-
 disse Cæsar causabatur: ac interea cum diem de die
 duceret, qua se nihilominus Pontificis postulata
 facturum spem faciebat, Paulus Pontifex moritur.
 Eius successor Iulius, quòd a Farnesio sicuti demon-
 strauimus, in adipiscendo Pontificatu erat adiutus,
 Parmæ imperium Octauio confirmauit: eique præte-
 rea Romæ vrbis præfecturam mandauit. Suspecta ve-
 rò in primis Gonzagua potentia erat Octauio: Par-
 mamque sibi ab eo cripi, sicut Placentiam ante fecis-
 set, magnopere metuebat: ac recuperandæ quoque Pla-
 centiæ incredibili studio flagrabat. Cum verò Iulius

Inter Hé-
ricum &
Pontificē
max. Bel-
lū atrox
& quam
ob cau-
sam.

Inter Hé-
ricum &
Pontificē
max. Bel-
lū atrox
& quam
ob cau-
sam.

Iulij Pō-
tifer.

Iulij Pō-
tifer.

Pōtifex ab alienato intra paucos dies animo ab Octa-
 uio sermones eiusmodi de Parma fereret, vt eam vr-
 bem quæ Pontificij iuris effet, haud rectè à Paulo supe-
 riore Pontifice Farnesius gentilibus ipsius concessam
 diceret: eamque Pontificiæ sedi restituendam: Octa-
 uius Henrici Regis opem atque auxilium implorat.
 Eius conditionis misertus Henricus protegendum ab
 iniuria atque conseruandum suscepit: atque ad eò vt ei
 magis fidem obligaret, Horatio Octauij fratri Dianā
 eleganti forma ac facie perquam liberali susceptam
 è contubernio fœminæ nobilis filiam despondit: ac
 in Italiam peditum auxilia Octauio misit. Tùm Iulius
 Pontifex Octauium iure cliētela obstrictum sibi Ro-
 mam in iudicium accersit: idque in crimē vocat, quòd
 contra factam fidem dum Parmæ imperium ei confir-
 maretur, externum præsidium in eam urbem aduoca-
 rit. Qui ni intra diem trigesimum sese Romæ iudicio
 sistat: eaque præsidia Parma deducat: præterea sese in
 posterum nihil eiusmodi cōmissurum idoneè caueat,
 eum læsæ maiestatis perfidiæque damnatum fortunis
 omnibus sese multaturum denunciat. Adhæc eodem
 libello Cæsarem sibi ad eam rem ferre suppetias man-
 dat: orcoque deuouet, quicumque cum Octauio amici-
 tiam societatemque coniunxerint. Id fuit tertio Idus
 Aprilis anno à salute reparata hominibus millesimo
 quingentesimo quinquagesimo primo. Cùm bellum
 pararetur, Carolus Cossa Brifax Tribunus militaris qui
 Subalpinis nationibus cum exercitu præerat Mi-
 randulæ Comiti quem Henrici Regis socium ami-

Octauius
 Henrici
 regis im-
 plorat au-
 xilium
 quod ob-
 tinet.
 Diana nu-
 bit Hora-
 tio Octa-
 uij fratri.

1551.
 Carolus
 Cossa
 Brifax
 tribunus
 militaris.

eúmque ac Octauij rebus fauentem Iulius Pontifex vexare instituerat, subuenire optimum factu ratus, militum multitudinem ad eum misit. Hi cum per Mediolanensem agrum iter pacatorum habitu ac sine signis haberent, quòd nullum esset expeditius aliud: & tùm erant inter Henricum Regem & Carolum Cæsarem induciæ, Gonzagua Insubriæ Præses dispositis insidiis in opportunis locis omnibus eos milites facillè intercepti: eorúmque partem interfecit: reliquos in remigium condemnauit. Idem Gonzagua, vt erat ei præceptum à Cæsare, educto ex Insubribus exercitu magnis itineribus cum eo Parmam contendit: ac imparato Octauio facillè urbem in potestatem redacturum sperabat. Eodem tempore Iulius Pontifex copias quæ Mirandulam oppidum oppugnarent misit. Id oppidum in Gallorum Regum iamdiu fide fuerat: ac cum de eo Galeotus & Io. Thomas Pici contenderent, de eorum consensu Paulus III. Pontifex Max. Nicæ anno post Virginis partum millesimo quingentesimo trigesimo septimo apud Franciscum Regem deponendum lis finiretur, pronunciauerat.

Mirandula oppugnatur.

Mirandulam Póntificij expugnare cum non possent, Concordiam alterum Picorum oppidum incendi. At cum præter opinionem paratiorem ad omnia Octauium Gonzagua offendisset, ac à Parma repulsus esset, sollicitare per certos homines Octauium cœpit: vt qui Marguaretam Cæsaris filiam tamen si non iustis nuptiis natam in matrimonio haberet, eius sequi fidem, Parmamque cum alia æquè fructuosa possessione cum

Concordia Picorum oppidum.

eo permutare potius duceret, quàm grauiſſimi belli, quod contra eum Iulius Pontifex omni ſtudio compararet, ancipitem euentum expectare. Sed maiorem fidem Octauius Henrici Regis promiſſis, cuius integritas omnibus perſpecta eſſet, quàm Ceſaris affinitati habuit, cuius conſilia potentiae atque imperij cupidiora quàm ſyncerae amicitiae cum alij Principes ſape: tum ipſe Octauius, & Lodoicus pater non ita pridem eſſent experti: Henricumque Regem vt ampliora auxilia maturaret, miſſis ad eum celerrimè nuntiis vehementer flagitauit. Henricus ſubitò Philebertum Marſilium Cypetram qui bono eum animo eſſe iuberet atque confirmaret, miſit. Paulum verò Termem, qui tum erat Romæ apud Iulium legatus, rei militaris ſcientiſſimum virum auxiliariſus copiis præfecit: ac per nuntios iuſſit, vt quacunque ratione Iulium Octauio placaret: ſi minus multa ſuadendo rogandòque tamdiu duceret, quoad Parmam per Subalpinam prouinciam Gallicus exercitus perueniret. Equitatu quem eò mittebat Caſtrem Ducem: peditatu Petrum Stroſſam præpoſuit: eiſque præfectos Bentiuolam, Fregofam, Claramontanum, Ioannem Turinum, Petrum Corſicum, Benamque, ac alios bello illuſtres viros attribuit. Caſtres cum ſe mari commiſſet curſum non tenuit: ſed occultis atque difficilibus itineribus per Appenninum Parmam tandem aduenit. Stroſſa eodem fere tempore per Heluetios eum eſt aſſecutus. Hi communicato cum Octauio conſilio

Octauius
maluit
Henrici q
Ceſaris
partes ſe-
qui.

Paulum
Termem
auxiliari-
bus copiis
præfecit
Henricus

Mirandulam ipsi proficisci, ut in ea regione Gallorum focia amicæque delectus haberent, constituunt. Octavius Parmæ manere: urbem præsidii confirmare: suos in officio modis omnibus retinere, quos Iulius Pontifex diris execrationibus territaret: & occultò Cæsar traducere in suas partes niteretur, monent. Gonzagua tum Noceranum castellum vacuum adhuc defensoribus occupat: ac inde præda ingenti abducta ad Parmam exercitum reducit. Nondum munitis eius castris Parmenses noctu egressi oppido Cæsarianos excubitores negligenter custodias agentes necant: totumque Gonzagæ exercitum perturbant. Sed multitudinem hostium pro sua paucitate tandem non ferunt: seque in oppidum recipiunt. Gonzagani eos ad portas usque consecuti tormentis ab urbe emissis reiecti sunt: multosque è suo numero desiderarunt. Alexander Vitellius Pontificio exercitui præfectus paucis post diebus traiecto Parma flumine quod ex Appenninis ortum montibus urbem ipsi cognominem interfluit: ac inde in Padum deuoluitur, castra in valle ad urbem locat: vineisque actis admouere ad muros tormenta contendit. Octavius Phœbum præfectum cum manu militum qui eum prohiberent, ab urbe mittit. Phœbus cum Vitellianis congressus plumbea glande grauius sauciatur. Præfecti vulnere magis accensi animis quàm territi oppidani magnum hostibus detrimentum inferunt: iique

Noceranum castellum.

Alexander vitellius pontificij exercitus præfectus, Parma Eluius.

hoc damno accepto ad tria passuum millia copias ab vrbe subducunt. Castres Dux Strossaque Mirandula oppido subsidium miserant Octauio: sed hi milites ab hostibus deprehensi prope omnes interfecti sunt vnà cum Mercurio Baiardoque præfectis. Vitelliani atque Gonzaguani reiecti vtrique semel à Parma oppido agros vicósque magis populabantur, quàm oppidanos oppugnabant: iidémque agricolas vbique crudeliter accipiebant. Castres Strossaque vt hanc iniuriam pari noxa hostibus illata vindicarent, in Bononiensem agrum qui est in Pontificis Max. potestate excurrunt: & vicos & ædificia passim incédunt. Quod postquàm ad Iulium Pontificem nuntiis esset perlatum, atque Bononienses summis ab eo precibus contenderent, vt eos omninò à tot incommodis eriperet, exercitum à Parma reuocauit: & præfectos Bononiensem agrum à populatione hostium prohibere imperauit. Gonzagua ne quid incommodi per Pontificij exercitus absentiam caperet, obsidionem Parmensem soluit: Colurniúmque castellum parat oppugnare. Ei castello cum præsidio erat ab Octauio præpositus Antenor Almericus, cui plurimum fidei habebat: sed is haud ita diu sustentata oppugnatione de salute pactus Gonzaguæ castellum permisit. Vbi de ea oppugnatione Strossæ Andeloóque esset nunciatum, eodém cum cataphractis equitibus quadringentis, ac peditem magna copia properare intendunt, sed castelli deditione cognita magno ea ex re concepto dolore ad Gonzaguæ vsque castra propius accedunt: qui cum nullos

Bononiensis ager in Pont. Max. potestate.

Colurniú castelli a Gózagua pontificio expugnatur.

nullos castris emitteret, Andelous Strossaque ad Martinium vicum paulò longiùs à Gonzagua sese recipiunt. Octavius vastari Parmenses agros ab hostibus acerbissimè ferebat: eaque de causa Andeloum, Cypetrámque cum equitatu in Soragniam Placentiæ finitimam, quæ à Cæsare tenebatur, mittit: acriterque in Soragnios vlcisci Parmensium detrimentum iubet. Ii vt erat imperatum faciunt: sed dum se Parmam cum præda referunt, in Cæsarianos incidunt: ac cum iis diutiùs pugnant: Tandem victi à multitudine ambo capiuntur: atque Mediolanum perducuntur: multi è militibus Parmam, Rupemalbam atque Fontanelam profugiunt. Strossa iam ante in oppidum regressus noctu vrbe emittitur. Is inopinantes Cæsarianos aggressus magnum numerum concidit: suosque omnes incolumes Parmam reduxit. Gonzagua ne tanta facultas oppidanis vrbe exeundi suosque milites vexandi esset, castra propiùs ad urbem collocare, eamque arctius premere obsidione constituit. Hac re persculatores nunciata, Claromontanus, vt ei mandatum erat, cum equitatu & peditù signis aliquot vrbe profectus venientibus hostibus occurrit: atque conferta cum his manu multos interficit: conatùmque hostium interpellat. Sed cum Mirandulæ relictum Horatium Castriæ Ducem, Thermémque à Strossa atque eius abitu tum etiam Andeloi Cypetræque infelici fortuna extenuatum vrbis præsidium Pontificij cognoscerent, Mirandulam oppugnare instituunt: eoque copias deducunt. Castres Termésque magna cum præsidij par-

Strossa
Cæsarianos
agressus
magnum
numerum
concidit.

Claromontan
hostium
conatum
interpellat.

Sylua cog-
dua

te, vt eos tormenta muris admouere prohiberent, egressi pugnandi cupiditate vltra syluam cæduam, vbi locatæ erant ab hostibus insidiæ, euehuntur: quod cum animaduertissent, consilio celeriter habito plus in regrediendo periculi fore statuunt, quàm si per medios hostes Parmam Proripere sese contendant: propterea quòd Mirandulanum iter diligèntius obseruatos hostes quàm Parmense suspicabantur: ac magnam item ad fallendum spem nox iam imminens afferebat. Progressi iam longius obsessas ab hoste vndique vias cognoscunt. Auget eis animos magnitudo periculi: omnemque in virtute spem salutis ponunt: & cohortati milites in audaciam eos vehementer accendunt. Facto congressu prouidentiam hostium fortitudo nostrorum superauit: multisque hostibus cæsis, ac aperta ferro via Parmam vsque cū suis Castres Termesque perueniunt: atque captiuos ex hostibus Tienã, Collaltumque Comitibus: præterea Talianum eodem perducunt. Paruo tempore interiecto haud procul ab vrbe Alphonsum Vlloam vnà cum leuioris armaturæ Hispanis equitibus considere exploratores Parmensibus nunciant. Castres quingentos equites dari sibi quibus eum interciperet, poscit: & ne profectio hostibus enunciaretur, occludi portas oppidi dum arma compararentur, iubet. Ei se Dampetra, Allegraque Guido Bentiuola, Bartholomæus Montanus, Gottusque socios adiungunt. Hi de improviso hostes aggressi multos interimunt: reliquos in fugam vertunt. Strossa incensus Castris gloria Montechianum mitti, quo in oppido Hispanorum

Castres
Parmes-
que ho-
stibus ex-
sis viam
ferro sibi
apperiunt.

Alfonfus
vlloa cum
suis in
fugam
vertitur.

præfidiū erat, deponit: & re aliqua illustri æquaturum
 eius laudes sperat. Id cū impetrasset, noctu de secunda
 vigilia magno cū peditatu egressus summa celeritate
 iter cōficit: paulóque ante lucē Mōtechianū imprudē-
 tibus oppidanis superuenit: ac magnum eorū numerū
 necat. Gonzagua vindictæ ardens cupiditate Carolum
 Garfulum præfectum vnà cum tormentis mognóque
 militum numero Tizanum mittit: idque castellum, in
 quo tria militū signa erant, expugnare imperat: ac ne-
 mini ne imbelli quidē sexui atque ætati parcere. Garfu-
 lus tormēta admouet: murūque quassat. Castellani
 qui com meatu deficerentur noctu auersa castelli por-
 ta egressi salutem consulunt. Interim Cæsar Gonzaguæ
 supplementum exercitui mittit. Is tantis viribus con-
 firmatus Parmæ oppugnationem redintegrat: ac ad
 Cartusianorum cœnobium castra ponit. Ibi dies advi-
 ginti castris muniendis consumit: eodēque tempore
 oppidani eum tormentis continenter vexauēre. Dum
 hæc ad Parmam gererentur, Brissax Subalpinæ pro-
 uinciæ præses Cherium oppidū atque Damianiū armis
 aggressus capit. Ea de causa Gonzagua magnopere
 metuens infubriæ, iisque oppidis quæ in Subalpinis
 nationibus à Cæsare possidebantur, maximam par-
 tem exercitus à Parma deducit: atque Mediolanum
 cū iis copiis proficiscitur. Ioannem Medicium Musiū
 Marchionem cum reliqua parte exercitus Parmensem
 oppugnationē iubet curare. Strossa cū haud ita arctē
 oppidani tenerentur, equitatus peditatúsque parte educta
 oppido Parmensis Ducatus agros oppidāque peragrat:

Monte-
chiani
oppressi.

Tizanum
Castellū.

Cherium
Damiani-
um.

Ragazo-
la oppidū.

Brixillo, Montechiano, Fontanelao cæterisque oppidis castellisque, quibus commodum visum est, præsidium imponit: ac communiri diligenter quæ oportebat iubet: vt si diutiùs bellum gereretur, maior resistendi facultas esset. Inde Placentinorum agros populatur. Qui tum Ragazolæ erant præsidio egressi oppido, suasque ac municipalium fortunas conseruare conati magno numero cæduntur: reliqui ferè Parmam captiui ducuntur. Strossa confectum prope bellum arbitratus in Galliam reuertitur. Ibi tum prædari agros licentiùs Cæsariani: villas vastare: atque cõmeatu Parmenses intercludere. Sed quò comportari abundantius Parmam posset, Parmenses oppida nonnulla ad Appenninum sita statuunt oppugnare: ac decimo sexto Calen. Decembr. de secunda vigilia Castres cù magna militum manu ad Torchiam quod oppidū à Parma decem passuum millia abest, vbi tum Macedo Princeps relictus præsidio fuerat, proficiscitur: cõdemque paulò ante ortum diem aduenit. Dum scalæ ad muros adhibentur, réque insperata perculsi oppidani concurrunt, Macedo vti è lectulo nudus exilierat, ac telum in manus sumpserat, vnà cum Antonio Ancona, Fabricio Ferrario militū præfectis scalas deicere: milites cohortari: submouere progredientes hostes audaciùs, éque muris deturbare: atque vt in rebus extremis nihil virtuti reliquum facere. Sed Castres, Orsus Petillianus, Lucantonius Ternius, Fabius Romanus, Andréas Magius, Bentiuoláque conscensis scalis concertare fortissimè: eratque in ancipiti res,

cū tormento ictus Macedo Princeps cadit. Ea re exanimati oppidani muris decedunt: aditūmque in oppidum nostris præbent. Hi multitudinem eorum cedere, oppidūmque diripere: tūm etiam eius muri ne ab hoste reciperetur, Castris iussu subruuntur. Macedo nis cadaver Parmam asportatur: eique exequiæ magnificè solvuntur. Exinde paululum fuere Parmensiū res tranquiliores. Paulò ante hæc tempora cū Melitam Turci frustra oppugnassent, secundiore fortuna Tripolim eò classe delati expugnarunt. Erat Concilio vniuersæ ecclesiæ à Iulio Pontifice constituta dies ad Septemb. Calen. Id inchoatum à Paulo III. Pontifice Maximo & bellorum causa interruptum Iulius Pontifex renouabat: suūmque legatum qui summę rerum præfesset eò dimiserat Marcellum Crescentium Cardinalem: cui assessores quosdam adiunxerat Sebastianū Sipontinum Archiepiscopum, & Lodoicum Veronensem Episcopum. Ea die postquam celebrato Missæ sacro agi res cœptabat, Iacobus Amiotus Bellofanus Abbas ab Henrico Rege legatus literas regias profert conuentui Tridentino inscriptas. Ea inscriptione commoti vehementer plerique omnes è Patribus repudiandas eas literas clamitare: quibus sua authoritas manifestò læderetur: minúsque digno nomine & sua potestate minore appellarentur. Sed Crescentius in abditiorem partem sacrarum ædium, vbi concilium habebatur, seuocatis patribus ab iis impetrauit, vt eę literæ palàm legerentur: eamque inscriptionem, in quã verbum anceps esset additum, vt in bonam partem

Torchia-
ra expu-
gnatur.

Melita
frustra à
Turcis
oppugna-
tur.

Belloza-
ni ad pa-
tres Tri-
dentinos
oratio.

potius acciperent persuasit: præsertim quæ à tanto Rege proficisceretur. Ex literæ nihil præter ius legationis datum à Rege Abbati Bellofano continebant. Is iussus dicere quarum rerum causa venisset, Henrici Regis maiorumque eius pietatem laudibus extollit: summamque in Romanos Pontifices officia eorum commemorat. Henricum postquam belli studio ardere Iulium Pontificem cerneret, omnia per legatos tentasse, quò ei pacatus esset. At verò nullis rationibus adduci Iulium potuisse, ut sibi de pace cogitandum putaret: sed studia eius omnia belli atque armorum non concordie pacisue fuisse: ab eoque Cæsarem in belli societatem esse pertractum. Cum hæc ita sint, ac tam malè à summo Christianorum patre acceptus sit primigenius filius, testatum apud omnes Regem voluisse minimè sibi integrum, ut Gallicos Episcopos Tridentum mittat perturbato Christianæ reipublicæ tot bellis à Pontifice Maximo excitatis statu: atque adeò id addit haud id Concilium pro vniuerso Regem habere: sed priuatæ certorum hominum utilitatis causa aggregatum cœtum: eamque ob rem eius decretis haudquaquam pariturum. Quod si malè agere Iulius perexerit, non se memoria deposuisse, quæ sui maiores libertatis ecclesiæ Gallicæ retinendæ causa quondam statuerint. Eius testationis literas à conuentu Tridentino petere. Ad hæc Patres responsum se duros dicunt, cum iterum conuenerint, dum modò regius legatus habere Tridentinum concilium pro sancto velit, fuit

Conuen-
tus Tri-
dentinus.

hæc Bellofani oratio ingrata cum primis molestâ-
 que Patribus: ac ne huiusmodi quicquam in poste-
 rum accideret, néue contumeliosum in se aliquid
 efferretur decreuêre, ne quid palàm vllus propone-
 ret, de quo cum Pontificiis legatis priùs non egisser.
 Vbi ea dies venit, qua die se Patres responsuros pro-
 miserant (ea fuit ad V. Idus Octob.) præter eorum ex-
 pectationem Bellofani Abbas abfuit. Ea re addu-
 cti libellum euulgant, quo Concilij authoritatem
 potestatemque defendunt: Regémque adhortantur,
 vt de eo piè sanctéque sentiat. Nam quòd priuatæ
 quorundam vtilitatis emolumentique causa conue-
 nisse concilium Regis legatus dixerit, minimè hanc
 suspicionem in Iulium posse cadere: cùm Paulus III.
 qui ante eum Pontifex Max. fuit, grauissimis de cau-
 sis illud conuocarit, atque aggressus sit. Iulio eas-
 dem causas conficiendæ rei fuisse, quæ Paulo fue-
 rant aggrediundæ. Vtrunque Pontificem suis di-
 plomatis illas ascripsisse, esseque huiusmodi, pri-
 mùm vti hæreses in Germania ortæ & sparæ postea
 ex ea per multas nationes extirpentur: deinde vt
 omnium hominum mores reformentur: sanctaque
 in ecclesia disciplina constituatur: postremò vt
 Regum Principumque dissidia atque contentiones
 componantur, paxque ecclesiæ restituatur: quas res
 quis tandem propriæ cuiusquam vtilitatis causa com-
 paratas meritò queat dicere? Quod verò Rex ma-
 iorum suorum institutis & legibus vsurum in sa-
 cerdotiis dandis & Pragmaticam sanctionem reuoca-

Patres
 Triden-
 tini libel-
 lum euul-
 gant.

turum minuitur, eam maximo eius bono commo-
 dōque Gallię Regum abrogatam fuisse quondam: vt
 nihil hic nouare nisi maximo suo detrimento Rex
 possit. Magnam in spem Patres adduci, eum re atten-
 tius perpenſa istam ſententiam in melius commuta-
 turum: neque Christianiſſimi Gallorum Regum co-
 gnominiſ memoriam vnquā poſiturum: ſed potius
 facturum idem ac Franciſcus pater Rex optimus ma-
 ximūſque, vt ad Concilium opportuno tempore vii os
 grauiffimos vnā cum Episcopis Gallię legatos mittat:
 etiam qua eſt benignitate atque clementia priuatas
 offenſiones Chriſtiane reipublicē condonaturum. Sed
 hęc tam abeſt vt mouere ſententia Henricum Regem
 potuerint, vt etiam omnes Heluetios non eos modō
 qui Romane religioni aduerſi eſſent: ſed qui ſynce-
 re eam colerent, in ſuam ſententiam pertraxerit, ne
 quem ſuorum Concilio adēſſe paterentur: tametſi eos
 Cęſar Pontifexque Max. ad id magnis precibus animi-
 que contentione accerſerent. Septimo Idus Septemb.
 edictum regium in ſenatu Pariſienſi, ac deinde in vr-
 be locis frequentioribus perlegitur, quo ſeueriſſimē
 cauetur, ne qui vllam ob cauſam Romam aut alium
 quemuis in locum vbi Romanus Pontifex agitet, pe-
 cuniam ē Gallia mittant, comportentūe: in eos qui cō-
 tra egerint, qui non ſint initiati ſacris, capitiſ ac bo-
 norum publicationiſ pœna proponitur: ſacerdotibus
 fructuum ſacerdotiorum cæterorūſque bonorum
 omnium a demptio. Eo edicto Henricus Rex anteriorum
 Gallię Regum in Pontificēſ Romanos officia
 meritā-

meritaque commemorat: quibus iure optimo illud supra cæteros Reges obtinuerint, vt Christianissimi ac primigenij ecclesiæ nati nuncupentur. Se patrum vestigiis insistentem ex quo regnum adeptus sit, Paulo III. Pontifici Max. ac deinde Iulio, qui nunc sibi arma inferat, quibus rebus potuerit commodasse: eisdemque maxima beneficia è se habuisse. Ac publicè quidem etiam quandòque Iulium, & priuatim sæpe numerò esse testatum, quantopere ipsi beneficiis maximis astrictus teneretur. Sese interregni Pontificij temporibus Parmam urbem præsidio in ea collocato suis sumptibus Pontificiæ sedi conseruasse: cum ei prædæ potentissimi Principes inhiarent: tamen eorum sumptuum bonæ partis Iulium esse reliquatorem. Eū quidem cum Pontifex Max. esset creatus, Octauio Parmæ imperium confirmasse. Sed cum maximi quidam Principes insidias Octauio molirentur, isque omni necessitudine esset circumuentus nullis precibus impetrare à Iulio potuisse, vt nouorum militum præsidium Parmæ imponeretur. Quinetiam cum Iulius pecuniã Octauio postremò conferret, qua stipendium veteranis exolueret: aliãque necessaria compararet, quibus obuiam ire hostibus suosque tutari fines posset, Iulium idem se postea esse facturum pernegasse: multaque eiusmodi egisse, è quibus Octauius perspiceret, aliunde si res suas saluas vellet sibi esse subsidium petendū. Denique, desperatione compulsus ad se confugisse: quòd in nullo alio præsidium videret. Nam petendi causam nisi regiam benignitatem nullã habuisse: quip-

pe cùm erga se Octauij merita nulla ante fuissent: ac contrà superiore tempore in hostium suorum illum fuisse castris. Se tanti Principis calamitate commotum vehementer: sed ne Iulium offenderet, his de rebus ad eum legatos viros clarissimos misisse: quibus ita Iulius responderit, vt quamuis Regis factum publicè improbaret: tamen occultè eius fidem atque æquanimittatem collaudaret. Verùm aperire palàm quid sibi consilij esset, certis rationibus ac propter quorundam potentissimorum metum non fuisse sibi integrum dictitasse. His se rationibus adductum liberaliter pollicitum esse Octauio auxilium: hanc tamen conditionem apposuisse, Quod sine Pontificij iuris fraude fieret. Atque hæc non ad suum commodum vtilitatem: sed Pontificiæ sedis omnia retulisse: quò ex maiorum suorum more atque cõsuetudine Pontificibus res eorum conseruaret. Iulium verò grauius esse passum quæ Regi cum Octauio conuenissent: attamen missis legatis demonstrasse Parmam Romanæ sedi restitui videri æquum: sed cum Octauio æquissimis conditionibus velle depascisci. Id sibi iucundissimum fore Regem dixisse: ac conficiendæ rei causâ legatos ad Octauium properè misisse, qui eum inducerent, vt in Pontificis Max. gratiam nonnihil sua iura imminui pateretur: eosdè que legatos rectâ adire Iulium esse iussos Octauij responsa ei renunciatum. At illum ira actum præcipitem nulla mora interposita animum ad bellum intendisse, copiasque quàmmaximas comparasse: præterea

ad belli societatem induxisse Carolum Imperatorem. Eundem populatum Parmenses agros: oppugnasse Mirandulam oppidum quæ iam inde à patre Francisco Rege in Gallorum Regum fide fuisset. Edidisse in Mirandulanos cum in suas manus incidissent, crudelitatis exempla eius milites omnia: ac ea quidem à quibus barbari & à nostra religione alieni homines animo abhorreant. Esse indignissimum Pontifice, ac pastore summo Christianorum non modò ouilis curam abiicere, illudque spernere: sed in eius necem gladium distingere: ac cum quidem Principem bello præcipuè atque omni iniuriarum genere persequi, qui se obsequentissimum filiorum ipsius & maximæ inter eos authoritatis profiteri iure possit: cuique plurimum honoris superiores Pontifices semper detulerint. Hæc verò omnia fieri alienissimo tempore, cum & Christianæ religionis hostes terra marique exercitus habeant: & fanatici homines omnia hæresibus atque erroribus passim contaminent. Qui si factorum nostrorum principem arma in suos expedire aduertant, mirum quantam ad labefactandam nostram religionem patefactam viam arbitrabuntur. Longè Iulium abesse à Pauli superioris Pontificis Max. institutis: quem a tate affecta Niceam periculoso mari aduectum constat: vt inter se Franciscum Regem & Carolum Imperatorem conciliaret. Præter hæc tū potissimum Iulium Christianam rempublicam conturbasse, cum vniuersæ Ecclesiæ concilium conuocarit:

Iulius Pōr.
Cæsarem
in belli
societate
induxit.

scilicet quò ab eo Gallicam Ecclesiam arceret: neque corruptæ res tam in capite quàm membris Ecclesiæ possent reformari. Esse quoque ad se perlatum Iulium crebrò dicere, neque sibi neque Ecclesiæ copiis quæ Catholicæ religionis tuendæ causa ac subleuandis egenis comparatæ sint esse parsurum, vt Octauium facere imperata cogat. Itaque equitum peditumque præsidia in portibus Pontificiæ ditionis contra vim Turcorum paganorumque hominum collocata inde ad Mirandulam oppidum accersisse: vt cuius planus esset, quæ eius animi libido concupiscat, ab eo illa publico commodo bonoque anteponi: nec personæ quæ gerat dignitatisque sue habere rationem. Quæ cum ita sint & ingentia auri pondera sacerdotiorum diplomatumque venialium causa Romam è Gallia deportentur, absurdè fuisse facturum, si hæc fieri diutius permitteret: quæ manifestum esset in suam perniciem Iulium esse conuersurum: fere dum hæc gererentur, Franciscus Cleuius Niuernorum Dux Henrici Regis mandato in Campania prouincia cui præerat opportunis locis in omnibus præsidia collocauit: ac ad Arduenam syluam Luzarca Castillonis præfecti turmæ cataphractorum equitum legatus Belhomium qui iam ad quadringentos milites coëgerat, aggressus in fugam vertit: magnamque partem eorum militum concidit. In Picardia Antonius Borbo Vindocinorum Dux qui cū imperio eam Prouinciam obtinebat, & Franciscum Borbonem Anguianum, atque Lodoicum item Borbonem fratres secum habebat, cum quadringentis ca-

Inges pecunia
summa
pro diploma-
ratorum
Romam
infertur.

Dux Vindocinorū
Picardiæ
præses
Armis
Flandros
persequitur.

taphractis equitibus & peditum millibus circiter decē multa Flandris & Annonibus incōmoda attulit. Gordes Malberfontano oppido præfectus cū Burgundos quosdam præfectos in suos fines excurrere comperiisset, præsidium ex oppido properè educit: & in insidias ab hostibus loco idoneo collocatas incidit: ab iisque cum paucis suorum est cæsus. Ea re Bordilloni legato Niuerni Ducis Mesieram renunciata, cum equitatu quem secum habebat eò proficiscitur: peditum signā aliquot iubet sequi. Hostes quā citò possunt se in sylvas abdunt. Eòdem consecutus est eos Bordillo: ac cū nondum peditatus aduenisset, Burgundi hastis quibus quā sclopis magis valebant, equos complures Bordillianorum è dumetis confoderunt. Paulò post Cæsariani Aspermontem castellum in Lotharingæ finibus, quod & infirmum tum erat, & nudum præsidio cæperunt. Gorzámque cœnobium incēderunt. Eodem fere tempore Maximilianus Ferdinādi Romanorum Regis filius ex Hispania Genuam nauibus uehebatur: secūmque vnā Mariam vxorem Caroli Imperatoris filiam, & nonnullos ex ea susceptos liberos ductabat. Quod postquā Gallis qui Massilię relictī in præsidio erant esset nunciatum, Maximilianum classe persecuti naues eius aliquot cepère, prædāmque copiosā ex iis fecère. Ad eam rem suscipiendam hæc eos ratio maximè deduxit, quòd præsidium à Ferdinando Romanorum Rege Maximiliano in Italiam nauiganti missum operam Gonzaguæ contra Gallos in Italia nauauerat. Sed iam antea cum

Malberfontanū oppidum.

ad profectiōnem Maximilianus in Hispania Barce-
lone compararet, Gallica classis eò vsque progressa
triremē Maximiliano abstulerat, & sex præterea one-
rarias naues. Pridie Idus Septemb. Catharina Regina
Henrico Regi filium enixa est, quem tertio post men-
se Eduardus Angliæ Rex misso procuratore Thoma
Semero Angliæ classis præfecto, Antonius Borbo
Vindocinorum Dux & N. Illermi Mantuæ Ducis con-
iūx è sacro lauacro suscepere eidemque Eduardi Ale-
xandri nomen imposuere. Is ab Henrico Rege Pa-
tre etiamnum infans Angolismorum Dux dictus,
& à Carolo Rege fratre postea Dux Andium crea-
tus, mox à Polonis propter res bello egregiè gestas,
magnumque nominis splendorem Rex ascitus, nunc
Galliæ nostræ imperat: multamque nobis memoriæ
nostræ res scribere aggressis de suis rebus bello, pacē
que gestis narrandi iamdudum materiam dedit. Ad
hoc tempus Mommorantiū Baroniam Henricus Rex
Ducatus & patriciatus Galliæ nomine pro Annæ Mō-
morantij Magistri equitum rebus bello fortiter gestis
multisque & præclaris in remp. meritis & in se ac Frā-
ciscum patrem officiis illustravit. Nouembri mense Ju-
lius Pōtifex Max. tredecim viros omnes Italos in Car-
dinaliū collegiū cooprauit, qui alioqui summus in Ec-
clesiastico ordine, secūdum Pontificē Max. honos par-
cè admodū & maximi beneficij tribui solet. Cū tam
longinquis bellis sumptus immēsi fierent, mēse Decē-
bri de Principum, aliorūque amplissimorum virorū

Defunt
155. 156.
157. 158.
159. 160.

Carolus
Dux Au-
dium à
Polonis
electus
rex.

Mōmo-
rantius
Baronia
ducatus
dignitate
ornatur.

consilio decretum est apud Fombellaquæanum regiam vt è patrimonio regio fiduciarij agri quorum vniuersorum fructus annui ad centies vicies millenos Francicos essent, pecuniam numeratibus darẽtur. Hęc fere hocce anno gesta quæ ad res bellicas magis spectant. Sed leges promulgatę decretęque facta illustriora quæ memorabimus. xix Cal. Febr. lex regia in Parisiensi senatu recitatur de Mathæi Orrij Quæsitore heresis in Gallia à Pontifice Max. constituti potestate atque officio. Ad hoc munus pertinet de hereticis quęre- re, schismaticis, iisque qui turbasse quicquã in religionis ratione arguuntur: ni de iis qui hos auscultasse, fauisse, aut recepisse domo dicuntur: de conuictis pœnas sumere è Pontificiorum decretorum, conciliariibus, cæterisque ecclesiasticis præscriptis. Ad hoc lapsos in errorem reuocare ad sanitatem sacris concionibus & cohortationibus: veniãque donare si qui ad resipiscentię testimonium eiurare errores libentibus animis velint. Proximo mense lex de Præsidualibus curiis in Parisiensi senatu, moxque ceteris in vrbibus vbi Senatorum curias constitutas diximus, sed frementibus quidem omnibus earum curiarũ senatoribus promulgatur. Ea lege in præfecturis omnibus Gallię Cõsiliarij certo numero sed minimũ septeni creantur: iisque vnã cum præfectis eorũque legatis summũ iudiciũ de iis litibus quę nõ amplius ducẽtis quinquaginta Francicis nũmis estimatę sint: aut quarum immobiliũ fructus annuus denos Francicos non superet tribuitur: qua ex re vt vt ingens pecunia conflata sit: tamen

Impudicitiam sacerdotum regis magistratibus castigare permittit.

mirum quanta ad populum vtilitas prouenerit: quantumque litium longitudini leuioribus de rebus detractum sit. Tertio Calen. Maij Ambasię Senatusconsultum Tolosanę curię ante sesquiannum factum, quo regis magistratibus, ceterisque quibus imperium esset, impudicitiam sacerdotum castigare permittebatur: propterea quod ea res ab Ecclesiasticis iudicibus vulgò negligi dicebatur, de sanctioris concilij sententia Rex induci decreuit: cum ea de re apud eum grauius sacerdotes questi essent: senatumque Tolosanum eius rei iudicium sumpsisse dicerent, de qua ad Ecclesiasticos iudices notio omninò pertineret. Eius Senatusconsulti authoritatem maledico in illud edito libello iam ante quidam homines fautores sacerdotum Pontificumque vehementer imminuerant: eiusque aucthores grauib; contumeliis obiter perstrinxerant. Ea re motus Masencalus senatus principem defensionem Senatusconsulti libro & ipse comprehendit, in lucemque emisit. Sed cum paulò acerbius eo libro sacerdotum corruptos mores atque libidines perstringeret, censoria nota librum compunxere Tholosani Theologi: & ea ex re in summum venturus periculum Masencalus fuit, ni aulico fauore suaque amplitudine inuidiam propulisset. Post tamen ad arbitrium Theologorum librum recognouit: ut iis probatus accipere lucem posset. Paulò postea Parisiensis curia quæ de regis vectigalibus ius dicit, nouis in eam conscriptis senatoribus est aucta: cunctique in duas classes distributi sunt. Eodem fere tempore lege lata in oppidis muro

muro fossâque munitis Curiones ex iis in posterum deligi præceptum est, qui doctrinæ periculum apud celebres Academiâs scholâsque fecissent: ac Baccalarij Licentarijque qui dicuntur, aut Doctores artis cuiuspiam à Rectore dicti essent: qui contra huius legis præscriptum ab Episcopis, Pontificæ Max. creati essent ut Curionatus possessione à regiis magistratibus mouerentur. Octauo Idus Iulij Parisiensis lex in senatu perlegitur, qua in cōtractibus pactisque nullius nummi præter Francicum, cuius æstimatio eadem est semper, vsurpari accuratè statuitur: eaque causa legi ascribitur, quòd plerique homines solui sibi aureos eo consilio stipularentur, uti eos ad exteras nationes perferrent: à quibus cupidè propter eorum bonitatè quererentur: eæ verò numisma suum adulterinum Gallis obtruderent. Eodem mense lex à Rege Nannetibus conscripta est, qua lanij vbique in Gallia carnes appendere, pretiòque à magistratibus constituto venundare iuebantur: sed ei legi statim cum nihil subleuare populum videretur, tacito dissensu statim abrogatum est. Quarto Nonas Septembr. in eodem senatu lex de Luteranis apud Castellumbriantium oppidum scripta publicè recitatur, qua superiores Francisci Regis de hoc crimine leges, ipsiusque Hèrici commemorantur: idque in primis proponitur, postremam earum sat efficacem ad compescendam audaciam Luteranorum visam non esse: de quibus Episcopos eorumque legatos iudicia facere eam ob causam constitutum illa lege fuisset, quòd faciliùs eorum monitis in via m Luter-

Curionū
electio.Variarū
legum
edicta.

ni redirent: quod frustra fuisse perspiceretur. Igitur
eiusmodi verbis scripta hæc lex fuit.

In Lute-
ranos le-
ges latae.

De iis qui Francisci Regis patris de religione leges
violasse: qui Luteranæ esse sectæ, aut aliorum erro-
rum impiæque cuiusquam doctrinæ authores fauto-
résque: aut contra hanc legem admisisse quicquam
arguentur, præterquam si initiati sacris rei fuerint,
Senatus curiæ itémque præsidiales magistratus cum
ad denos conuenerint, prouocatione sublata ac
summa cum potestate iudicanto: ab iisque pœnas
quæ seditiosis, schismaticis, rebellibus, legumque
violatoribus propositæ sunt legibus exigunto. Epif-
copi, iudicésque ecclesiastici de sacerdotibus, ac
de iis item qui à religionis præscriptis declinasse,
aut se erroribus hæresive cuiquam implicasse, de
quibus cognosci decernique necesse, sit accusabun-
tur, iudicia exercento: si sine publica offensione mo-
túque populi commissum scelus à sacerdotibus aliis-
ue fuerit, neque temerata hæc lex fuisse arguatur:
rémque magistratus & ecclesiastici iudices inter se
ubi opus erit, communicanto: quò vel vno eodém-
que iudicio, vel diuersis de iis statuunt de quibus
iudicare cuique eorum potestas erit. Nulli vlla de re
libri Geneva in Galliam importantor, necnon ab
iis nationibus quas ab Ecclesia constat descuiisse.
Ne quis improbatos à Sorbonica Theologorum
scholâ libros vænum exponito: neu eos penes se

præter hos quibus eius rei facultas sacris constitutionibus data est habeto. Typographi suam artem apud vrbes maiores in officinis, non occultis locis exercento: noménque suum & insigne cum authoris nomine libris omnibus inscribunto. Veteris, nouique testamenti libros & vetustioris ecclesiæ Doctorum de Hebræo Græcôque conuersos ne vendunto: néue typis excudunto, præter eos qui Theologicæ Parisiensi scholæ probabuntur. cæteros tractatus, annotationes, indices, epitomata sacrarum rerum quæ abhinc annos quadraginta scripta sint, ne qui vendunto, excuduntóue Lutetiæ, Lugduníque ac propinquis Lutetiæ locis, nisi quæ eadem schola probauerit: cæteris in oppidis ea quæ in his constituta est schola Theologorum. Ne curiæ senatus aut sigillorum diplomatúmque regionum causa constituti conuentus, aut præsidiales aliíue magistratus priuilegia de librorum quoruncunque editione concedunto, nisi cùm Theologiæ Doctores libris subscripserint. Cùm auctio bonorum defuncti cuiusquam hominis fiet, libri Theologici ab iis qui præpositi ei rei à Theologicis scholis inspiciuntor. Qui censoria animaduersione Theologorum perstricti libri fuisse comperientur supprimuntor: neque tamen eam ob rem defuncti memoriæ inuritor nota. Librarij, typographiue ad quos aliunde libri importabuntur thecas ne apperiant, ni cùm præsentés ei rei adfuerint

præfecti ei negotio à Theologica quapiam schola: vel quibus in oppidis ea nulla est, Episcopi iuridicus ac præfudialis magistratus cum regio Cognitore: iidè-
 que annuatim typographicas librariásque officinas inspectant. Lugduni, quò ab extraneis copia maxima librorum comportatur eam rem agunto, curantóque quibus ab Archiepiscopo ac collegio Canonicorum ea mandabitur. Ne qui signa effingunto, vendunto, habento quibus vllis in diuos receptis aut Ecclesiastico ordini illudatur. Librarij atque typographi in suis officinis catalogum librorum qui à Theologica schola reprobati erunt: item alterum eorum quos vanú proponent appendunto. Circumforanei, cisti ferique librarij, quòd Geneva libros asportasse sepe comperti sunt, ne qui vsquam in Gallia præterquam vbi Rex sit in posterum sunt. Qui in regia erunt, catalogos supra dictos in tabernis habento: ac eleemosynarum præfectus summus, & qui à regiis est confessionibus, cæteri-
 que quibus id negotij à Rege dabitur eorum libros inspiciunto. Regij Cognitores in curiis senatorum constituti de vita & moribus magistratuum: ac in primis de Proprætoribus, Præpositis, & regiis Procuratoribus diligenter inquirunto: atque ad Regē referunto. Nulli magistratus creantor, ni qui à viris fide dignis locupletibusque de sincera sua religione obfignatum testimonium proferent. Conuentus curiarum senatus qui Mercuriales vocantur, singulis trimestribus habentor: atque in iis de religione Senatorum potissimum quaritor. Ne quis pro hæresis reo deprecator: qui id

fecerint, crimini affines ipsi censentor. Senatus curiæ magistratúsque præsidiales de hoc crimine in primis quærunt: eorum domos qui super tali scelere suspecti erunt adeunto: ac an impiæ religionis libros occultent perquirunt: iidémque vti huiusce criminis rei diligentissimè custodiantur, sic vt cum quoquam homine verbum nullum misceant prouidento. Cæteri magistratus ab iis creati qui merum mixtúmque imperium habent itidem de hoc crimine acriter quærunt: reos præhendunt: præhensósque ad præsidiales magistratus mittunt: iurisdictione mulctantor, si qui hæc suos magistratus negligere patientur. Qui quos hèresi contaminatos scient, hos ad Ecclesiasticos iudices, præsidialesque magistratus deferúto: regiis autem Cognitoribus atque magistratibus eos quisque indicato, quos hanc legem vllatenus violasse aut præ se illius contemptú tulisse aduerterit. Si quis huiusce criminis reum abdidisse sese quopiam sciat, ne eam rem iudices celato: si celarit, culpæ eidem sese obstrinxisse iudicator. Quo maior ampliórque animus sit multis hominibus ad hos deferendos qui se tam tetro crimine deuinxerint, accusatores tertiam bonorum partem è condemnatis præmium ferunt: sed si calumniatores reperiantur, id impunè eis ne esto. Conuenticula hæreticorum si quis culpæ etiam particeps detexerit, venia eidem resipiscenti dator. Nulli regendæ cuiquam scholæ docendisque pueris nisi exploratis eius moribus præficitor. Illiterati homines, itémque exteri de sacris rebus, sacramentis, cæremoniis, præceptisque

ecclesiasticis sermones ne habento : néue curiosas quæstiones proponunto . Ne quis vllos qui Geneva aliamúe quamuis in gentem demigrauerint, quæ ab Apostolica sede defecerit, pecunia , aliáue re adiutato . Si quis Geneva in Galliam literas asportasse comperietur, à iudicibus castigator : ac id quidem seueriùs, si ad improbatam religionem infinuandam literæ conscriptæ sint . Eorum bona qui Geneva in Galliam commigrarint, publicantor : sed si hæc ante abitum ab iis venierint, iudices in eorum possessionem sequestres mittunto : dum fraude secusúe actum id sit ex personis, pretio, tempore, cæterisque argumentis statuatur . Omnes omnium ordinũ homines, sed nobilitas præsertim atque magistratus suum studium in religionem perhibento adeundis tẽplis, ac religiosè genibusque flexis sacrę hostiæ sacramento venerando colendóque . Episcopi operam danto vt dominicis diebus Christianę religionis precipua capita vt à Parisiensibus Theologis scripto mandata sunt populo à Curionibus prælegantur . itémque ne quid ab iis decretis dissentiens illi proponant, quibus ius concionandi sacris de rebus dabunt . Si quis è concionatorum grege infimulatus vnquam hèresis aut suspectus fuerit, ne suggestum conscendito, ni se apud iudices priùs expurgauerit : ac ea de re iudicium factum promat . Ne quis vltor ministris vllis domesticis, quos minus sanctè religionem colere perspiciat : secus qui faxint, fautores heticorum iudicantor . Archiepiscopi, Episcopi, cę

terique Præsules in iis locis commorantor, vbi exercere sua munia debent: vtque idem Curiones faciant prouidento.

Postquam in senatu promulgata lex fuit, Seguius regius patronus religionis studiis deditos valde ac deuotos Gallorum Reges, eiusque propugnatores acerrimos fuisse proponit: ac vt ea concors eademque semper esset, omni cura ac diligentia prouidisset, iis rebus Christianissimorum cognomen assecutos. nec esse dubitandum quin his rationibus Gallicum regnum in tantam magnitudinem creuerit, sitque ad hæc tempora conseruatum. Historias nobis prodere è Romanis Regibus vnum Numam Pompiliū, cuius longum, faustum, fœlixque & tranquillū regnum exstiterit. Ab eodem primum fidei templum, primum fidei solemne sacrum fuisse institutum. Ac tametsi Numę religio diuinis, genuinisque ritibus haudquaquam consenserit, tamen cum ea eius Regis fortunas tantopere auxerit atque ornarit, facilè hinc perspici studium Christianæ religionis Gallię Regum magnopere ad tuendum augendumque eorum regnum, totamque Gallicam rempublicam valuisse, contra religionis contemptum, schismata, sectasque initiū causamque malorum omnium fuisse. Eius rei exempla apud Valerium Maximum quo loco de neglecta religione scribit patere latissimè. Consimilia Mosem nostrū Israëliticis annaliū monumentis mādasse: in quib⁹ posse perspici, dū de religione inter se populus cōsen-

Seguius
regius pa-
tronus.

ferit. Mosisque præceptis obtemperauerit, secundas res Israeliticæ gentis fuisse, neque eam succubuisse rebus aduersis. vbi verò religionem spreuit, in summas calamitates ruisse precipitem. His rebus impulsus Hæricum Regem omnes rationes iniisse, vt falsorū Christianorum errores è tota Gallia radicitus extirparètur. Ei non potuisse sese pro tam pio, regali, Christianoque studio immortales non agere in tam splendida hominum corona gratias: Deumque orare atque obtestari, vt hanc mentem animumque Regi in longissimos annos conferuet. Paulò post hæc tempora Carolus Molinæus Aduocatus in Parisiensi senatu vir iuris ciuilibus consultissimus, idemque antiquitatis perquam studiosus commentarium edidit ad Henrici Regis de Apostolicis scribis legem, de qua paulò ante memorauimus: eumque Regi ipsi obtulit: quo in commentario fretus opportunitate temporis quo bellum cum Pontifice Max. gerebatur, ac eam ob rem minimè fraudi sibi futuram de religione recens latam legem arbitratu Gallicæ ecclesiæ Regumque nostrorum authoritatem contra Romanos Pontifices multis argumentis & repetitis ab omni vetustate Gallici Francicique nominis exemplis defendit: multumque Pontificum Max. amplitudini atque potestati detrahit. Tamen quòd is liber statim à Theologis Doctoribus reprobatus esset, Molinæus vt periculum euitaret, Gallia excessit: bienniumque fere absuit. Hoc anno Occitani Henrico Regi centena Francicūm nummūm millia obtulere fundorum patrimonialium nobiliumque quæ ab ignobilibus

Molinæi
commentarij.

Occitani.

bus hominibus possideretur, possessionumque omnium sacerdotium causa: qua ex re magnam novos Reges pecuniam conficere supra demonstrauius. Erant in omni Gallia præfecti ærarij regij Quæstoresue, quos Thesaurarios vocabant, quaterni. Eodem numero præfecti indictionum oblationumque quos Generales appellabant. Tertio Februarij Idus anno post restitutam à Christo hominibus salutem millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, horum functiones ac munera Henricus Rex edicto ea de re composito coniunxit: sanxitque iidem ut & ærario ac tributis indictionibusque præessent: & hos usque ad sexdenos constituit, ut coactorum primariorum numerum adæquarent: atque illis domicilij exercendique muneris sedes statuit Lutetiam, Catalaudunum, Ambianum, Rotomagum, Cadomum, Bituriges, Turones, Pictones, Rionium, Agendicum, Tolosam, Monspessulum, Lugdunum, Nannetos, Diuiodunum: atque ei qui in ea vrbe ageret Bressiam prouinciã attribuit: Aquas Sextias, cui prouinciã Subalpinam ascripsit: Gratianopolim, cui Sabaudiam & Sallussos adiunxit. His mandat, ut singulo quoque ineunte anno describant quantum ex oppidis agrisque suæ præfecturæ subiectis pecuniæ ad ærarium referri debeat: atque eius rei breuiarium ad sanctius concilium mittant. Tum ad Quæstorem ærarij sanctioris: Postremò Coactori primario in eo oppido ubi ipse sit constituto dent in manus: ac cætera quoque omnia quæ

Quæstores.

Generales.

1552.

Fabrica
numma-
ria Lute-
tiæ insti-
tuta.

ad ærarium pertineant procurent. Stipendium cui-
que annum binum millium & quingentorum Fran-
cicum dicitur. Paucis post diebus Fabricam numma-
riam Lutetiæ ad palatium Henricus Rex constituit
eique Illermum Marilacem præposuit: qua in Fabrica
aurei argenteique nummi exquisitissima figura & quã
tunderi difficile esset cussi sunt.



THOMÆ CORMERII ALEN-
conij Rerum HENRICI II. Gallix Regis
gestarum,

Liber Tertius.



O anno qui Francisci Regis morti antecessit, graue bellum Carolo v. Imperatori fuisse cum Germanix Principibus atque ciuitatibus quæ Augustanam religionem sectabantur, superioribus libris memorauimus: eumque belli eius exitum fuisse, vt commisso ad Albia flumen prælio paulò antequàm Franciscus moreretur, egregiam victoriam Cæsar reportaret: bellique principes Ioannes Federicus Saxonie Dux, Philippusque Hesus in Cæsaris venirent potestatem. Vterque iam inde ab eo tempore arctissimis custodiis asseruabatur: neque se exorari Cæsar à maximis Principibus passus erat, vt vel mulctatos iam ante grauissimè liberaret. Id Mauricius cuius præclara opera eo bello vsus Cæsar erat, permolestè tulit: eoque magis quòd Hesso fœdero fidem obstrinxerat, cum de conditionibus ageretur fore, vt venia data liber esset: ac eum vtpromissa

impleret Hessi filij vrgebant. Cùm autem clade Albiensi permoti Augustanæ religioni dediti Principes, ciuitatésque imperata Cæsaris facerent, vni Magdeburgenses compelli ad deditionem haudquam potuerant: quòd nullas condiciones pacis accipiendas sibi statuebant, ni de religione priùs certissimè caueretur: de qua referri ad Concilium Cæsar: ij rem in dubium minimè reuocandam existimabant: sibi que potius extremos quosque casus periculáque adeunda iudicabant. Ea de causa exercitum Mauricio Cæsar ad eos oppugnandos attribuit. Ii pressi annua obsidione, multisque cladi-
 bus affecti tamen in sententia permanebant: se-
 que fortissimè in tam angustis rebus defendebant: quod dum faciunt, opportunè iis cecidit, vt spretis Mauricij precibus Hessum Cæsar vnà cum Federico Duce Saxonie retineret, & eam iniuriam armis vindicare Mauricius statueret: eoque Magdeburgensibus fieret æquior. Sed quia occultè priùs omnia parare quæ ad bellum vsui forent, quàm arma vimque ostendere necessarium existimabat, cum Magdeburgensibus palàm ita paciscitur tertio Nonas Nouembris anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, vt Cæsaris cuius legatus erat, habuisse præcipuè rationem videretur: clam verò ita conuenit, vt de religione atque libertate Magdeburgensibus certò atque ad eorum voluntatem consuleret. Præter hæc cùm è pacis legibus præsidium vrbe

Magde-
 burgenses
 obsessi.

Magdeburgenses deducerent, militiæque sacramento cunctos soluerent, Megelbergus Dux qui à Magdeburgensibus eo bello captus dimittebatur, eos milites ita vti clam cum Mauricio conuenerat, nouo sacramento rogabat, vt iis vti Mauricius posset. Albertum quoque Brandeburgum, Illermumque Philippi Hessi filium belli socios Mauricius asciuit: qui cum à Mauricio in Galliam missi essent auxilium postulatum, ac Ioannis Federici Saxonis tum Philippi Illermi patris indignam calamitatem atque in iis retinendis pertinaciam Cæsaris indicarent: itémque Cæsarem subiugandæ non modò Germaniæ, sed Christiani omnis orbis consilium capisse ostenderent, facile Henricum Regem permouerunt, cum alioqui propter Parmense bellum veteresque iniurias Carolo Cæsari esset offensus, vt in Germaniam cum exercitu proficisci statueret. Sed maximis coactis copiis discedens Catharinæ coniugi regni procuratoriam mandat viij. April. Calend. ac in prouinciis omnibus viros quosdam amplissimos, in his plerosque Cardinales Principesque summa cum potestate legatos constituit: ac singulis certorum virorum qui vsum aliquem tractandæ reipublicæ haberent, concilium attribuit: eosque maioribus de rebus ad Catharinam coniugem iubet referre. Sed cum ea proficiscente Rege in morbum incidisset, paulisper is substitit: exercitumque Anna Mommorantio

Henricus
Germa-
nis princi-
pibus fere
auxiliū.

Tullū &
Verodonum
Mommorantius
occupat.

Magistro equitum commisit. In itinere quod per Lotharingiæ fines erat, Tullum atque Virodunum vrbes occurrebant: quæ ex iis ciuitatibus fuisse dicuntur quæ Imperatoriæ nominantur. In his quod magnas commoditates ad Germanicum bellum præbituræ videbantur, Mommorantius Gallicum præsidium imposuit. Inde cum Ponscamosontem venisset, certior factus Gorziam cœnobium castelli arcisque instar communitum haud longè ab eo esse itinere, quò exercitus pergebat, quem se in locum latrones vulgò recipere, & factis eruptionibus finitimos vexarent, Claudium Lotaringum Aumaliæ Ducem cum decem peditum signis paucisque turmis equitum misit, qui illud cœnobium redigerent in potestatem. Gorziani autem resistere deiecto muro pœnas illicò luere temeritatis: ad vnũque omnes à nostris militibus interfecti sunt: cœnobiumque ab iisdem incensum est. Ea gesta re Metim Mommorantius proficisci constituit. Ea vrbs amplissima in iis regionibus iam inde ab eo tempore suis legibus vsa ferebatur, quo Godefredus Bullio Lotharingiæ Dux ad sacrum bellum profectus pecuniæ parandæ causa eam ciuibus pretio addixerat. Eò Mommorantius Bordillonem Tauennemque præmittit, qui dicerent Henrico Regi esse in animo per Metensium fines exercitum in Germaniam ducere. Petere Mommorantium vt regio exercitui, quæ Tulli Ponscamosontemque reliquisset commeatum Metenses conferant: seque eius prouidendi causa ad paucos dies vrbe recipiant. Ipse Mommorantius paucis horis

interiectis Bordillonem Tauennémque consequitur. Metenses imparati cum à milite, tum à rebus ceteris, & qui tumultuariè paucissimos tantummodò milites adhuc conuocauerant, urbemque iamdudum pace florentem, atque ea de causa haud benè muris & fossis firmatam statuebant communire, octo dies deliberandi causa petunt. Bordillo, Tauennésque profectum iam Mommorantium & itinere fatigatum causari: indignissimum fore, si tantus Galliaë Regis præfectus, & infinitis rebus bello pacéque gestis nobilis vrbe excludatur: nec eam iniuriam inultam vniuersum exercitum esse passurum. Metenses primos ciuitatis excusandi causa ad Mommorantium mittunt. Mommorantius blandè eos ac comiter appellare: & cum familia modò cohortéque prætoriam urbem ingredi statuisse: consiliúmque de rebus omnibus cum ciuitate communicaturum demonstrat. Cum ad portas accederet, multitudinem gestu ac verbis summouet: familiares tantum atque prætorianos aduocat. Sed antea idem cohortem prætoriam lectissimis militibus compleuerat, eamque supra iustum numerum adauxerat: quæ cum semiaper-tis portis esset intromissa, earumdem subitò potitur, reliquamque multitudinem admittit. Sed postquam Catharina vxor conualescebat, Henricus Rex ad exercitum iter constituit: Tullumque ad Paschalia peruenit. Inde Nancim profectus Lotharingiæ metropolim ibi Christianam quæ Antonio Lotharingiæ Duci quondam nupta Carolum Ducem tum circiter nouennium natum ex eo susceperat, cum eodem filio vnà reperit.

Metensi
ciuitate
Móm-
orantius
potitur.

Ea duo signa peditum eodem euocauerat: qua de causa pretoriani milites diligentius agere custodias iubetur: usque ex aliis cohortibus fortissimi quique adiunguntur: atque ducentis e nobilitate regis custodibus imperatur, ne ab atrio regio quisquam abscedat: preterea ceteris locis in oppido ut commodum visum est, vigiles ac custodes disponuntur. Rex quod Christianam Carolo Cesari propter consanguinitatem magnopere addictam intelligebat: eandemque Carolum filium ibi elocaturam preuidebat, ubi Cesar vellet: itemque eam eius arbitrio sicubi opus esset, Lotharingiam permissuram: e qua maximis incommodis afficere Galliam posset, Carolum Ducem in Galliam mittere constituit. Christiane matri ut cum regis natis perquam liberaliter educetur curaturum: & cum adoleuisset regiam puellam ei uxorem daturum promittit. eidem Duci annum quadraginta millium Francicum constituit: atque cataphractorum equitum turme prefcicit: cui propter infirmam Caroli etatem Brossamolium legatum, quem teneræ eius ætatis moderatorem reiecto Mombardone dabat, iubet preesse. Nicolaum Vallamontanum Comitem Caroli patruum, cui turmam quoque cataphractorum equitum tribuebat, ad Lotharingie procurationem, Christiana amota vocat preter hæc Cesarianis omnibus Lotharingia interdicit. His celeriter confectis rebus Bordillonem Campanie provincie suprefectum in Galliam qui eò Carolum Ducem deducat mittit. Ex eo loco Ponscamosontem ducto exercitu id oppidum cum castello

Henricus
Lotharingie ducem
in Galliam
mittit.

castello muniri diligenter imperat. Ponscamofonte cùm Metim accederet, pro oppido exercitum recensuit. In eo fuère duo & quinquaginta Gallici peditatus signa quibus vniuersis Gaspar Collignius Castillio præerat: legatùmque is Eistaugem dixerat: præterea Germanorum ad octo millium numerum, quibus Rex Rhemigrauium Comitem, Sebastianum Scheltellum, Rincorsiumque præfecerat. Cataphracti equites ad mille quingenti numerabantur. Leuis armaturæ ad duo millia supra quadringentos, qui tùm præfectū habebant Claudium Lotharingum Ducem Aumalliæ. præterea ad mille è nobilitate equites eò sua voluntate atque suo ære merentes conuenerant. Postquàm exercitum Rex lustrasset, ita vti erat armatus galea tantummodò posita Metim procedit: eumque Metenses magnificentissimo apparatu acceperunt. Ii sacra in æde primaria ingentem aquilæ effigiem cū columnis Herculis ascripto hoc in tabella verbo, vltra, ante crexerant, quo insigni proprio seu symbolo referæue familiari (vt hac tempestate Principes ac illustriores homines præter gentilitia stemmata signa quedam sibi quisque quasi enigmata cum breui sed significantissimo dicto quo enigma explicatur vsurpant) Carolus Imperator utebatur. Aduentante verò Henrico Rege implexæ tres vnà crescentis Lunæ effigies cum dicto, Dum totum compleat orbem, ac titulo, Henricus Galliarum Rex Sacri Imperij Protector, loco eminentissimo appensæ sunt. Rex quòd ea vrbs ad Germanicum gerendum bellum magnam data

Henricus
exercitū
lustrat.

Metim armaturæ

Henricus
Metim in
greditur.

facultatem pro sua magnitudine atque propinquitate videbatur: & quòd propensiore Metenses in Cæsarem esse animo aduertebat, munire eam atque omni præsidio confirmare instituit: eique curandæ rei Arturum Cossam Gonorum præposuit. Ad hoc tempus Ioannes Corneus fororis Iulij Pontificis Max. filius, qui Mirandulam oppidum iamdiu obsidione vexabat: atque Antonianum castellum haud procul ab oppido situm diligentissimè munierat, quò se recipere erat solitus, à Sanface præfecto Gallico insidiis dum aucupio sese oblectat excipitur: atque glande plumbea tormento manuali emissâ occiditur: atque cum eo vnà è suis fere ad octoginta: mórque nostri Antonianum castellum vi cœpère. Paulò post cum ab Henrico Rege Iulius Pontifex Max. multis precibus pacem & legatis & literis missis efflagitasset, quibus in literis Iulius ascripserat sibi ab Henrico Rege per iniuriam arma illata, Deum contestatus ac iudicem ea de re ponens, facilem Henricum habuit, atque pacem ab eo impetravit. Quòd verò Deum iudicem Pontifex sumeret, conditionem accipere, & sese vadimonium Pontifici promittere Henricus rescripsit: sed se magnoperè vereri ne vadimonium Iulius deserat: Pontifex cum in angusto suæ res essent libentissimis animis de pace nuntium accepit: ac nihil iis rebus quæ Henricus rescripsisset offendi sese pronunciauit: nec iniuriarum Henricum arcessere: sed humani generis hosti qui Secretarij regij personam emētus epistolam regiam dictasset, istud omne ascribere. Eam ad pacem conficien-

Antoniana
Castellum
vi
capitur.

dam suum commentarium ad Henrici II. Regis edictum de Pontificiis Scribis plurimum valuisse, quod à Gallis deseri Pontifex extimesceret, Carolus Molinæus libello quodam de iure civili post biennium euulgato gloriatur: ac cum ab exilio Anna Mommorantio Magistro equitum, cuius res in Parisiensi curia Molinæus procurabat deprecante reuertisset: eumque Mommorantius præsentem Regi commendaret. En, inquit, homuncionem qui quod triginta hominum millibus efficere nequisti, ut Iulium Pontificem pacares, libello edito perfecit. Sed vel maximè legem de non exportanda Romam pecunia Iulium ad pacem induxisse dicitur: quam Rex legem cum Iulio pacem faciens abrogauit. Tertio verò Idus Aprilis Meti discedens Rhenigrauium, Honoratum Sabaudum Villarium, Franciscum Mommorantium Annæ filium, Rupefocam, Rendanum eius fratrem in Treuiros mittit, qui multitudinem à qua quandoque nonnullos Gallos grauibus iniuriis affectos ferebatur, militari licentia vexarent. Cum Lotharingiam Rex peragraret, à præda omnique maleficio exercitum cohibuit: Germanosque quosdam prædas ex agricolis agètes supplicio affecit. Postquam in Vangiones exercitus peruenisset, ubi propter collium frequètiã atque asperitatè difficilimum iter fuit, magna frumenti comœatusque inopia exercitum incessit: multique militum longiùs ab exercitu frumentandi causa progressi ab agricolis sunt interfecti. At verò Henricus Rex cum ultra processisset

Molinæus
ab exilio
reuocatus.

Haldra-
nia regio
& eius
incolæ.

ne re frumentaria atque com meatibus intercluderetur, Salleburgi præsidium reliquit: & secundo Maij Nonas in Haldrañiam peruenit. Ea regio syluosa omnis à Snapheis incolitur, quòd est eis nomen latrociniolorum causa impositum (nam eorum lingua rapaces Galli Snaphei appellantur.) Hi soluti plane legibus Principi nulli seruiunt: communitisque villis plerique quasi castellis habitant: & viatores sine metu spoliant: cui rei pessimo more iam inde à Carolo Ecmontano affluere. Is cum propter pecuniæ inopiã stipendia exoluere suis militibus non posset, licentiùs eos agere permiserat. procedente verò tempore vsque adeò Snaphei creuere, tantòsque spiritus sumpsere, ut nunc in Lemburgia, Geldria, & Vangionibus sedes ac domicilia latè statuerint. In iis regionibus, & in Lebertalia præcipuè crebræ fodinæ cum argenti tum auricalci ac plumbi reperiuntur: eique rei diligentissimè incolæ student: ab anno restitutæ mortalibus salutis millesimo quingentesimo vigesimo quinto sub id tẽpus, quo Germani agricolæ aduersus nobilitatẽ atque magistratum facta coniuratione pœnas dedere temeritatis deuicti acie à Principibus, & infinita eorundem cæsa ab iis multitudine. Initium eidem rei fecere Rapolsteniæ Principes, quibus cum res fœliciter successisset, Austriacis Principibus qui earum regionum partem possident, eiusdem rei cupiditatem iniecere. Hi multorum hominum operis ad eam rem aliquot annos vsi lucro in dies augescente eò tandem peruenerunt vbi vetustioribus temporibus maiores metalla effodis-

se compertum est. Sed diuersa ratione ab ea quæ iam usurpata est, vetustiores esse fossos perspiciebatur. Etenim illi puteis effosis tandiu profundum petebant, donec aquarum copia opus interpellaret, nunc verò cuniculis per varios anfractus quacunque actis humus egeritur: ac ad medium puteus ingēs effoditur, quo se aquæ humorque omnis recipiant: ad easque res adamantinum gnomonem versatilem adhibent eius generis quo nauarchi cum ad cursum rectum tenendum, tum ad experiendum qua in plaga sint vtuntur. Ex iis fodinis ab eo tēpore de quo diximus annuatim amplius sex mille argenti pondo effossa dicuntur: qua ex re tãetsi nulla iis locis agrorum sit bonitas, tamen paucis his annis frequentari valde domibus vicisque ea regio cœpit. Inde Henricus Rex cum exercitu in Al-

Alfata.

fatiam venit, quæ in Gallicis nationibus quondam censebatur: eamque nostri Reges fere ad ducentos annos obtinuere: qua de causa nonnulli eam historici paruum Franciam nominauerunt. Sed illam Otho Imperator circiter annum post partum Virginis nonningentesimum septuagesimum Germaniæ regno contribuit. Ea in latitudinem non amplius tria Germanicorum passuum millia fere patet: sed vitibus abundas atque feracitate admirabili, multisque fluminibus irrigua finitimarum regionum quoddam quasi horreum videtur: atque adeo Heluetiorum, Bauarorum, Lotharingorum, postremo Germanorum quoruncunque, nonnunquam etiam Anglorum leuare egestatem dicitur. tamque parua regione oppida sex &

Liberæ
ciuitates.

quadraginta, totidémque castella præter vicos infinitos numerantur. Ex his oppidis liberæ sunt ciuitates vrbesque Slestatum, Colma, Argentina, Turkhenum, Vissenburgum, Ceserspergum, Haganoa, Monasteriũ Rosshenũ & Nehenũ. Rex paucis diebus cũ copiis Tabernas venit, quod est in ditione Argentinẽsis Episcopi oppidum: vbi tũm domicilium Erasmus Lemburgus Episcopus constituerat: quòd Argentinam ciues qui se à Romanæ ecclesiæ obseruatione subduxerant, occupabant: Tabernas nonnulli sunt qui à Iulio Cæsare ædificatas opinentur: eosque ad hanc opinionem eiusmodi res adduxit, quòd in muri ambitu pinæ ad trecentas sexaginta quinque erectæ conspiciantur, inter septenas singulis turribus vbique interiectis: perinde ac si turrium numerum hebdomadis: pinnarum anni diebus quem ante incertum fallacemque ad eam rationem hebdomadarum dierumque ad Solis cursum accommodatam constituit, monimenti causa adæquare Cæsar voluerit. Id oppidum ab agricolis quos aduersus Principes atque magistratum cõspirasse memorauimus occupatum Antonius Lotharingiæ Dux & Claudius Guyssa frater Episcopis restituerant: eoque loco magnam agricolarum multitudinem occiderant. Ibi ac duobus castellis vrbi proximis præsidia Rex vt com meatui prouideret imposuit. Eo tempore Rhenigrauius, Villarius, Mommorantius filius, Rupefocas, Rendanusque, quos in Treuiros missos diximus, ad exercitum rediẽre. Dum Tabernis Rex moratur, legati ad eum ab Heluetiis veniunt,

qui ne per suos fines cum exercitu transeat, cuius de itinere compertum planè non haberent, maiorem in modum rogant. Illi responso accepto, sicut postulabant, ad suos redière. Henricus qui Germanicarum rerum causa eò usque progressus esset, exercitui ab Argentinensibus commeatu multisque rebus egenti portas aperiri rebus necessariis pretio comparandis petit. Argentinenses vinum, frumentum, pabulumque collaturos promittunt: portas verò oppidi patefacturos negant. Regem tamen si cum paucis adire ad se velit, admittere paratos dicunt. Iam ante cùm Rex appropinquaret, oppidum præfidio firmauerant: suspectusque fuisse illis videbatur, ne simulata amicitia potiri urbis vellet. Lesignanum tamen expediendi commeatus causa cum nouem comitibus missum intromisère: in quibus Contius Rostanusque qui multum rei militaris usum habere existimabantur, seruatorum cultu admissi sunt. Sed his in constitutam domum perductis ab Argentinensibus efferre limine pedem non licuit: at tamen inspecta utrunque vrbe munitissimam esse eam, omniaque diligenter eius seruandæ causa esse prouisa renunciarunt. Henricus nonnihil Argentinensium suspicione offesus eo loco castra mouet: Haganoaque proficiscitur. Dùm id fit, tres vici qui in ditione Illermi Nassau Aurenciæ Principis esse dicebantur, ab exercitu inflammantur: propterea quòd nonnullos è nostris frumentatù eò missos multitudo occiderat. Cùm Haga-

Argenti-
nenses por-
tas ape-
rire ne-
gant.

Hagano-
enses co-
acti por-
tas ape-
riunt.

Apud Vi-
ceburgū
Dago-
berti co-
ronā af-
seruatur.

noenses portas aperire rogarentur, præsidio confisi quod celeriter conuocauerant, noluere. Henricus tormenta appropinquari muris imperat. Perculsi subito metu oppidani portas aperiunt: ac se suaque Regi permittunt. Is omnes ab iniuria prohibuit, amicorumque loco habuit. Ex eo loco Viceburgum exercitum adduxit: quo in oppido Dagoberti Galliarum Regis vetustissimi corona etiamnum asseruatur ab eo Rege dicata diuorum Petri Paulique fano, vnà cum eiusdem Regis diplomate, quo ille se vt primum Clotario patri successit in regnum, temeritate atque leuitate inductum ingenuè & contra Regalis fastus consuetudinem profitetur, ecclesiasticas possessiones templaque despoliasse nulla Numinis hominumue reuerentia. attamen tandem miseratum Optimum maximum istud insolentiae repressisse: atque veniam spem iniecisse. hac vt persuasum habet, conditione & lege, si Deo diuisque Petro ac paulo ædem extrueret: cui agros possessionesque vberes sacrorum mysteriorum causa tribuere statuerit. adhuc Viceburgum oppidum ab Abbate eius loci iura petere, nec Spirensis Episcopi potestati vllatenus subiici sancit: datque rerum aliarum omnium Viceburgensibus immunitatem. Id diploma mense Maio confectum anno restitute salutis sexcentesimo vigesimo tertio, atque ab inito à Dagoberto regno tertio & vigesimo. Idem Rex intra duo fere milliaria à Viceburgi mœnibus vbi & sylvarum densissimarum, & agrorum pratorumque mira feracitas, & piscinarum sunt abundantes lignandi, pabulandi, piscandique Viceburgensibus

sibus ius tribuit: isque locus quadratis lapidibus circumscriptus: Solum dono datum vulgò appellatur. Eundem Dagobertum ad duodecim cœnobîa ad Rheni ripas condidisse, atque Argentinensem constituisse Episcopatum ferunt. Paucis his annis Viceburgenses à Pontifice Max. impetrarunt, vt pro monachis Canonici: pro Abbate præpositus constitueretur: iique tùm temporis quo Henricus Rex per eorum fines exercitum traducebat, ita cum Viceburgensibus qui se à Romana Catholice ecclesia segregassent, conuenerant, vt eæ possessiones quas Dagobertus cœnobio tribuisset, communiter possiderentur. Viceburgenses cum de Henrici aduentu nunciaretur, ne is à se pœnas expeteret, quòd Sebastianum Volgebergum præfectum militum, qui Francisco patri Henricòque ipsi meruisset, Carolo Imperatori tradidissent de quo sumpsisse eum Augustæ pœnas narrauimus, vehementer metuebant: frequentésque Argentinam (quod id oppidum esset firmitus, profugerunt. Eos tamen Rex vniuersos conseruauit. Iàm tùm multa Germaniæ oppida partim vi, alia voluntate Mauricius in potestatem redegerat: quod ei erat facilius, quia huic bello religionis causam obtendebat, quam à Cæsare manifestè opprimi causabatur. Nam tamen si à Cæsare Mauricius steterat, cum is Federicum Saxonem Hessumque atque Magdeburgenses oppugnaret: tamen religionem Augustanam, vt supra demonstrauius, profitebatur: Cæsarque aliud ac religionem eò bello petere: assinu-lauerat. Erat Augustæ Cæsarianam præsidium: sed

Dago-
bertus xij
cœnobîa
instituit.

haud satis firmum, vt tutari urbem iustamque sustine-
 re obsidionem posset. Ea re perspecta Mauricius quòd
 id oppidum ad ducendum bellum magnas opportu-
 nitates habere existimabatur, eò priusquam in oppi-
 dum militem nouum Cæsar induceret, magnis itine-
 ribus cum exercitu contendit. Magna verò pars ciuū
 Mauricij incepta probabat, nec id Cæsariani ignora-
 bant: quibus postquam oppidani potestatem fecissent
 discedendi, Mauriciū oppido recepère. Iis Mauri-
 cius cæterisque ciuitatibus quæ se ei coniunxerant pec-
 uniam, tormenta atque com meatum imperauit. Ad
 hæc reipublicæ statum à Cæsare immutatum ac ad
 paucissimos Senatores redactum pristinae formæ po-
 pularique restituit: idemque de Vlmenibus paulò
 post statuit: cum oppugnati sese sexto die dedissent. In-
 de in Hegouiam ducto exercitu trimestre stipendium
 ab Henrico Rege missum militi distribuit: ac quoniam
 obsidibus cauere inter se pacti erant, Mauricius Chri-
 stophorum Megelburgium ac Philippum Hessi Prin-
 cipis filium Hérico mittit: vicissimque ab eo Iamesem
 accipit: qui cum Nantuelius Comes missus morbo
 in itinere absumptus est. Sub id tempus Vlmenium
 agros Albertus Brandeburgus populabatur atque à
 proximis oppidis ingentes auri summas exprimebat.
 Sed Linciū paucis post diebus sese Mauricius contu-
 lit de pace acturus cum Ferdinando Romanorū Rege
 Cæsaris fratre, sicuti inter eos iam ante cōuenerat. Erat
 cū Ferdinādo Maximilianus eius filius, atque Albertus
 Bauariæ Dux, ac præter hos Cæsaris legati. In eo collo-

Apud Li-
 ciū prin-
 cipes Ger-
 mania de
 pace actu-
 ri conue-
 niunt.

quo sua in Cæsarem merita Mauricius demonstrat: ac item in se Cæsaris. Non se esse nescium quâta obseruantia summum Imperatorem habere Germanus Princeps debeat: à quo præsertim in Electorum collegium summoto Ioanne Federico ascitus sit nuper: sed vicissim cogitare Cæsarem debere nihil Principibus magis fide esse tenendum: hac violata ipsum Principis nomen dedecori non honori futurum. Sese Hesso Principi cum se is Cæsari traderet sanctissimo iure iurando fidem astrinxisse, haud quaquam fore ut in custodiam traderetur: eiusque periculi ac fortunarum socium sese futurum recepisse. Attamen cum id sibi dari à Cæsare summis precibus efflagitaret, ut Hesium dimitteret, quod eum alioqui præstare vltro oportuit, quando id ipsum ab iis qui ei in consilio aderant promissum sit, Cæsarem denegasse: ac potentissimorum quoque Regum Principumque preces nihili fecisse. Hanc sat idoneam iustamque fuisse causam, ut nihil causæ esset aliud, quamobrem sese in hoc belli discrimen coniiceret, ne fraudasse fidem videretur. Adhæc tametsi sit à Cæsare Germanis Principibus atque ciuitatibus liberum de religione conciliū promissum, Tridentini conuentus decreta pro legitimis vulgò nunc obrudi sibi: in quo cōuentu vis religioni afferatur: omniâque ad vnius adeoq; incapacis nutū agantur. Nam præesse ei Romanum Pontificem cuius agi de capite in primis debeat: cum ab Augustanæ religionis cultoribus impietatis ac peruersæ doctrine corruptæque ecclesiasticæ disciplinæ arcessatur. Cæsaris

Consiliarios palàm ita dicere, quæ olim Cæsar promi-
 ferit, temporis causa fecisse: aliam nunc conditionem
 esse rerum: aliud tempus postulare. Esse nunc obedi-
 tes iussis Cæsaris omnes debere: eius imperia perferen-
 da: atque eiusdem arbitrio constituendam rempubli-
 cam: neque officij rationem qui sub eius imperio sint
 exquirere ab eo æquum esse. Multa præterea ab Impe-
 ratoris Curia iudicibus quotidie contra Germanorū
 Principum decerni libertatē. Regum amicissimorum
 Germaniæ legatos Imperatoris conuentibus excludi.
 Inueterascere item in Germania exterarum gentium
 exercitus: & contra ius fāsque exigi à ciuitatibus pe-
 cunias nouis quibusdam nominibus. Postremò pro-
 scriptos à Cæsare Rhenigrauium, Recrodum, Rife-
 bergum, Schertelinum, Hedecūmque: ac præmium
 propositum quatuor millium aureorum, si quis eorū
 quenquam excepto Hedeco certam ob causam, ad
 Cæsarem captum deduceret necaretūe. Quòd si hanc
 de proscriptione legem seminarium discordiarum in-
 ducat Cæsar: si Philippum Hessum Ioannēmque Fede-
 ricum liberet: si religionem ac rempublicam probè cō-
 stituat: si cum Henrico Gallia Rege æquis conditio-
 nibus transigat, Germanos Principes libentissimè ar-
 ma posituros, Cæsaremque omni honore habituros.
 Ad hæc ita Ferdinandus Rex respondet, Cæsarem fra-
 trem de Ioanne Federico atque Hesso potuisse suppli-
 cium sumere, si eorum secleris habere rationem ma-
 gis quàm suæ elementia, Germanorūque Principum
 qui deprecati pro iis essent, voluisset. Eos tam longam

tempus in custodia habitos ne captiuitate quidem in-
 natam animis ferociam exuisse. Etenim manifestis re-
 bus conuictos sceleratorum consiliorum : nondum
 etiam conditionibus omnibus defunctum esse Hes-
 sum, quibus se Cæsari dediderit : nec præscriptis legi-
 bus Ioannem Federicum bona fide paruiffe. Eorundē
 liberos qui Cæsaris benignitatem benè agendo deme-
 reri debuerint, Henricum Gallia Regem ad hoc bellū
 sollicitando, Cæsaris animum auertisse à se suisque pa-
 rentibus: adhæc violare custodiam sæpe connixum esse
 Hessum. Quòd soceri calamitas dolori sit Mauricio,
 piè & humaniter facere: sed clientis eiusque qui sub
 imperio sit alterius officio repugnare, vt propter pa-
 rentis charitatem suum summum Imperatorem atque
 patronum ob iustum iudicium de parente suo factum
 oppugnet: adeoque eum Imperatorē, à quo sit in am-
 plissimum dignitatis atque honoris prouectus gra-
 dum. Quòd verò pactis de deditioe conuentis non
 debuisse custodia teneri Hessum Mauricius contendit,
 id tabulis ea de re confectis coargui. Quicquid præter
 has afferatur, nullius ponderis atque inane esse. Quos
 Cæsar proscripserit, iure atque more de perfidis trās-
 fugisque iudicium fecisse: eisque imperiū atque digni-
 tatem eripi, si in fontes noxiōsque animaduertere pro-
 hibearur. Quæ tamen si ita sint, nec præsidiiis copiisque
 Cæsar careat, quibus ius suum dignitatēque tuea-
 tur, tamen reipublicæ ac patriæ hoc daturum, vt cle-
 menter de Ioanne Federico atque Hesso cæterisque
 statuat, si sibi fides fiat eos mandata sua esse facturos.

De religione atque republica in Germaniæ conuentibus liberè ac de ipsorum Principum consilio qui his de rebus queritentur Cæsarem statuturum. Sed se demirari quid tandem de Rege Gallix tanta solitudine teneantur, qui quòd tuendæ Germanicæ libertatis causa in Germaniam cum exercituuenisse se prædicat, factis se esse ei inimicissimum fecisse palàm, prius quàm in Germania pedem posuisset. Nam Virodunum, Tullum, Metimque oppida quæ in liberis Imperatoriisque censentur, in potestatem redegit, cum se pacatum per earum ciuitatum fines viam facere assimularet. Sed quid hac de re decerni Cæsar velit, eundem esse consulendum. Vnum se à Mauricio postulare pro suis tantis in eum & Cæsaris beneficiis, vt pace facta in Vngariam exercitum ducat, sibi que aduersus Turcum Imperatorè auxilio esse velit: neque dilabi milites patiat. Eo colloquio cõfecta res non est: quòd & Ferdinandus Rex inconsulto Cæsare: & Mauricius Dux sine sociis de summa rerum decerni nolèt. Itaque placuit vt interim dũ à Cæsare madata Ferdinandus, & Mauricius à sociis acciperent, iterũ colloquio dies cõstitueretur ad vii. Iunij Calen. Locũque ei Passauũ oppidũ delegere. Mauricius inde Languingam proficiscitur Othonis Henrici Palatini Principis in ditione oppidum. Eum ante hoc bellum oppidis cõpluribus Cæsar eiecerat: quibus exardescẽte hoc bello facilè est restitutus: iisq; Cæsarianũ præfidiũ deiectũ. Lãguingua Mauriciani profecti iter ad Alpes cõuertere: quo tẽpore ad Rutã, quod est ad eas positũ

oppidū exercitū Cęsar cōscribebat. Henricū Regē dū Viceburgi eſſet Othonis Palatini Comitis Rheni, Mogūtinij & Treuirēſis Episcoporū, Cleuij & Vitēbergici Ducū legati cōuenēre. Hi Principū Pręſulūque nomine ſūmas ei gratias agūt, quōd in Germaniā aſſerēde libertatis ipſorū cauſa venerit, rātōsque ſūptus fecerit. Cęsarē eō iam perductū eius pręclara opera, vt rei publicę benè conſultum velit, & alieno à pace animo non eſſe: magnā ſe in ſpē venire breui rem cōfectū iri, ſi eōdem Rex quoque animum appellat: quod vt faciat maiorem in modum ab eo petunt: tūm Germanici populi inopiæ, cuius charitate hoc iter cōfecerit vt miſereatur rogāt. Germanos ſuperiorib⁹ bellis magnas calamitates accepifſe. Si iterū in ſuis finibus bello decernatur, aut exercitus in iis diutiūſ alantur, nihil eſſe ſpei reliquū, vt emergere vnquā è tā miſeris afflictisq; reb⁹ poſſint. Variis è rebus perſpicere Henricū potuiſſe quā ſint tenues exiguęq; res Germanorū ex quo intelligi, quæ rerū conditio futura ſit ſi longiūſ cū exercitu progrediatur: Eſſe hoc ſuſceptū bellū Ioannis Federici Saxonis liberādi atq; Philippi Heſſi Principis cauſa quos cū dimittere promittat Cęsar, id iā Regē aſſecutum, cui⁹ cauſa aduenerit: nec de rāto hoc beneficio memoriā vnquā deſtituros eſſe Germanos. Ad ea Rex reſpondit, ita ſe per eorum agros exercitum deduxiſſe vt quoad fieri potuerit ab omni iniuria milites tēperarint. Non ſui cauſa in Germaniam veniſſe: ſed rei publicę. Nunc ſi libertatem ſibi reſtitutam Germani cenſeant, nihil ampliūſ deſiderare: monere tamen &

Germani principes Henrico agūt gratias & ne vltra eorū cauſa progrediatur rogant.

hortari, ne Cæsaris artibus eam sibi eripi post tantos eius causa susceptos labores patiantur. Germanos suis copiis, consilio, pecuniis, atque authoritate quando-
 cunque opus erit, vsuros: quos fratrum loco semper habuerit, habebitque dum viuet. Ad idem tempus Rex quoque à Mauricio de iis quæ Lincij acta erant certior est factus: quibus de causis cum se omni officio satisfecisse Germanicis Principibus ciuitatibusque perspiceret: eoque Cæsarem redactum, vt maximos Germaniæ Principes ipsis patriæque restitueret, eique populo cæteris in rebus fieret æquior, in Galliam reuerti parat. Ad hoc consilium cum cæteris causis hæc quoque cum ratio deduxisse dicitur, vt omnibus collectis copiis Mariæ Vngariæ Reginæ conatus reprimeret. Ea à Carolo Cæsare fratre præfecta Flandriæ & finitimis regionibus coacto exercitu dum Germaniam Hæ-
 ricus Rex peragraret, eoque in Campaniam ducto eius prouinciæ agros populabatur: vicos, ædificia, vrbesque quò adire poterat, incendebat: sperans vt cum de his ad Henricum esset perlatum, in Galliam quãprimùm reuersurum: neque vt sui diutiùs vexarentur esse passurum. Censebantur in Mariæ exercitu tria equitum, peditum quindecim millia, ac vnà cum ea Monsfellius Comes & Martinus Rossanus in Cleuiis Tribunus militaris curabant. Ea priusquam à Catharina Henrici Regis coniuge (cui ab eo dum ad exercitum proficisceretur, regni Galliæ procuratione mandata diximus) conduci per Ancbam præfectum Gallicarum classium posset exercitus, Stenam oppidum

Maria
 hungariæ
 regioa Câ
 pania a-
 gros po-
 pulatur.

obfederat: idque cum oppidani rebus omnibus quæ ad sustinendam oppugnationem vsui esse poterant deficerentur, paucis diebus expugnauit: & muniri diligentissimè imperauit. Eò Bordillo Francisci Cleuis Niuernorum Ducis Campaniæ prouinciæ Præsidis legatus cū cataphractis equitibus quibus præerat, quòd oppidum esse defensoribus vacuum cognoscebat, noctu celerrimè contendit: simul Montonem Monsfalconis oppidi præfectum nuntiis missis commonefacit vt res suas vrbe efferre oppidanos iubeat: ipse cum præsidio Villamfrancam appropere. Hac re per speculatores cognita Maria Regina mutato consilio Mosonem cogitare assimulat. Bordillo simul ac vulgari res cœpit, relicto Villafrancæ Castellusio legato Mosontem aduolat: oppidanos timore perturbatos, eò magis quòd se carere rebus ad propugnandum necessariis intelligerent, & oppido collis impèdebat, è quo magnis incommodis affici poterant, confirmat: seque omnis eorum periculi socium fore pollicetur: quod vt re comprobet cælata vasa argentea & ornata suppellectilis quodcunque habebat in oppidum asportari curat. Sed paulò post Mariæ Reginæ fuisse propositum compertum est, vagari magis ac populatione & flammis Gallos territare, quàm oppida vlla castellauè vbi præsidium esset oppugnare. Habito verò Anebas delectu in Gallia, magnòque peditatu missò ab Heluetiis nobis auxilio Grandiportum copias deducit.

Maria quæ tum in ea regione exercitum habebat, & quæ Henricum Regem in Galliam reditum cogitare

audiebat, in prouinciam magnis itineribūs se recipit: Stenāque oppido muniri cœpto præsidium educit. Viceburgo Rex Idibus Maij profectus quarto die Bipontē venit: atque in eo oppido cum Volphāgo eius regionis Duce humaniter ex equo est collocutus: eidēque trecētos è militibus morbo intabescētes magno-pere cōmendauit. Eos postea ægrotatione absumptos præter duos omninò nunciatū est. Antequā Lotharingiæ fines exercitus attingeret, fames iterū milites incessit: multiq; in dies ex inopia, æstu, defatigatione grauibus morbis afflictabātur. Rex ad eos Merim trāsportādos magnū carrorum numerū coēmi iussit: & stipē præfectos, nobiles, cæterosque milites cōferre imperauit, qua ægri sustentarentur: ac qui eos deduceret Franciscum Vindocinum Carnutum Præfectum ipsum quoque ægrotantem misit. Vbi ad Mosellam flumen exercitus peruenit, haud longè a Theonuilla lintribus subito confectis tormenta atque peditatus sunt traducta: equites vado paulò longius reperto flumē transierunt. Præmissi tum explorandi causa nonnulli è nostris Rupemartia castello præsidium hostium cōtineri intelligunt. Cū portas aperiri postularēt, castellani negauēre: quippe qui tormēta traducta flumen ignorarent: quæ postquā ad murum essent admota, isque fortiter quateretur, præfectus clā omnibus qui in castello erāt, effugit, ac magnam in eo multitudinem omnis ætatis ac sexus belli insuetam dereliquit. Ii iam desperata re, neque resistere, neq; deditiōnē vti victis mos est, significare: sed stupefacti omnes sese in genua prouoluēre.

A Duce
Biponti-
no Hēri-
cus hu-
maniter
excipi-
tur.

Effractis Galli portis ne supplicibus quidē peregrina lingua conclamantibus parcunt, & miserabilem confertæ multitudinis stragem faciunt. Rex eò Antonium Vindocinorum ducē & Gasparem Collignium Castillonē qui eos coërcerēt misit. Si cohibitis militibus magnum omnis sexus & atatis hominum numerum eodē cōductum cum præsidio Mosellam flumen traduci, atque in Lotharingiæ fines incolumes perduci curauerunt: ac quòd Rupeſmartia castellum ad Theonuillam oppugnandam commoditatē præbere magnā videbatur, Gallicū in eo præsidium imponitur. Inde in Luxemburgiorum fines Henricus proficiscitur, vbi Gallorum metu plebs territa in oppida ex agris confugerat: eòq; cōmeatum cæterasque copias transportauerat: reliquū verò quod erat, ne Galli eo vterentur corruerat. Ea re indignati nostri, simul vt Mariæ Vngariæ Reginæ iniurias pari genere detrimenti Cæsarianis illato vindicarēt, complures vicos villasque incēderunt: præter hæc Ioānis montem, Soluriūque castella extructa magnificentè. Deducto verò Rex ad Damuillarium exercitu id oppidum in quo præsidium Cæsar habebat oppugnare constituit. Eò Anebas ad eum omnem exercitum quem aduersus Mariam Reginam coëgerat adducit. Id oppidum Carolus Aureliorum Dux Henrici frater captum quondam bellante cum Cæsare Francisco patre subuerterat: sed reſectis ædificiis omnibus ac muris castellóque, propterea quòd circumiectæ regioni esse munimēto potest, tanto studio Carolus Imperator cōfirmarat, vt suum id oppidum & Cæsaream quandam

Rupeſ-
martia
castelli
deplorá-
da fortu-
na.

Henricus
Luxem-
burgiorū
fines de
popula-
tur.

Caroliamúe fore gloriaretur. Ad id oppugnandum Mosone, Sedanio, Iametóque tormenta muralia aduehantur, atque ad muros deuoluuntur. Ea magnam diei partem continenter displosa ruinae tamen necdum factis fecerant: qua de causa Fr. Lotharingus Guysa Dux ut propius muros inspiceret qua parte essent debiliores magna audacia ad fossam usque adequitauit, in quem tametsi ab oppidanis ingens plumbearum pilularum vis sclopis emitteretur quibus eius equus grauiter est vulneratus, tamen incolumis euasit: omniaque à cæteris omnibus cum in Regis prospectu res gereretur, summo studio administrabantur: ipsi quoque Principes ac nobiliores gregariorum militum officia implere & in urbem irrumperere qua tormentis via aperiretur parabant: cum de deditioe pacisci uelle oppidani significant. Aumallumque Ducem præfecto cuidam ex suis notum quicum ea de re agant ad colloquium euocant. Ea intellecta re Guysa Dux Principesque nonnulli è fossis profiliunt, & cum iis ad tria militum ferè millia. Præfecti Gallicorum tormentorum qui quid ageretur præ puluere animaduertere non poterant, ac oppidanos erumpere se portis foras credebant, aliquot tormenta in eam partem emittunt. Iis cum nulli è nostris essent sublatis, omnes certissimum uitæ discrimen Dei summo beneficio euasisse profitebantur. Multis uerbis de deditioe ultro citroque habitis tandem sese oppidani Henrico dedunt. Is conuocato exercitu eos armis positis per medium agmen quasi sub furcas traduxit. Li numerabantur pedites mille & octingenti:

Danuil-
lariū ca-
pit Hen-
ricus.

equites tantum ducenti, præter infinitam plebis multitudinem: omnesque Yuoeum sese recipere intendunt. Rex præfectis quibusdam ut eos incolumes eò deducerent imperavit: sed qui agmen consequi non poterant, aut à via deflectebant despoliati à Gallis: nonnulli etiam militari petulantia sunt interfecti. Cùm Damuillarium Héricus oppugnaret Salernitanus Princeps Neapoli occultè profectus ad Henricum venit: multaque proposuit quibus ad recuperandum Neapolitanum regnum quod gentilium eius fuisset, Regem induceret. Is Princeps ereptis à Cæsare nonnullis agris quorum annuus fructus viginti aureorum millibus estimabatur eam iniuriam sibi quacunque ratione vindicandam statuebat: nec diutiùs quatuor diebus in Henrici castris moratus in Italiam est reuersus. Capto Damuillario Henricus cum exercitu Virodunum aduenit: quò iam paulò ante Carolus Lotharingus Cardinalis qui eius ciuitatis Episcopatum nuper gesserat profectus magnifico apparatu ab oppidanis erat acceptus. Eum quòd cupere Henricum intelligeret Verodunenses Episcoporum ditioni quibus ante annos aliquot paruissent, restitui, ita tamen ut penes se Regesque Galliarum summa esset authoritas atque imperium, conuocato Verodunensi Senatu populòque huiusmodi apud eos orationem habuisse accepimus.

Multa me hortantur, Verodunenses, ut quos varietate consiliorum ancipiti que sententia fluctuare video, confirmare modis omnibus nitar: quòdque vestris rebus saluberrimum esse prospicio, ut id vniuersi toto

Cardina-
lis Lotha-
ringi ad
Verodun-
enses
oratio.

animo amplexemini vos hortor & moneam. Primum
vel mea humanitas, vel institutum vitæ genus labo-
rantibus vllis quos iuuare aliqua re possim, deesse non
sinunt. Deinde me Lotharingum vos Lotharingos a-
nimis æstuantem deserere abesse à culpa non potest. Po-
stremò qui vestræ ciuitatis Episcopatum obtinui, nec-
dum me toto illo munere abdicauì, vestri curam abii-
cere sine scelere omninò non possum: vt interim omit-
tam mutuis inter nos officiis perpetuam necessitudinẽ
esse contractam. Igitur cum de republica vestra consti-
tuenda hodie agatur, quod sit optimum eius genus e-
differam: idque nunc vobis diuinitus offerri demon-
strabo: prorsus vt nisi vestræ vtilitati ipsi aduersemini
fœlices deinceps esse possitis. Tria sunt Verodunenses,
administrandæ reipublicæ genera. Vnum in quo mul-
titudinis; alterum vbi optimatum; tertium in quo vnus
imperium pollet. Est verò communis quidã propositus
tribus his gubernandæ reipublicæ generibus finis, nisi
cùm in deterius degenerauerint, populi vtilitas com-
modaque. Sed tamen nihil administrandæ reipubli-
cæ ratione neque melius neque præclarius humano ge-
neri ab Optimo Maximo sit datum: tamen, vt nihil
inter mortales omni ex parte beatum perfectumque,
multa vnicuique administrandæ reipublicæ generi in-
sunt quæ reprehendantur. Verum in huiusmodi rebus
quæ permixtam incommodis vtilitatem habent, id in
primis consuetandum, in quo commoditatis pluri-
mum, minimum verò damni periculique, nemo vt ar-
bitror, sanus ibit inficias. Ergo quid in singulis præsta-

bile: cōtrāque quid vitiosum, paucis percensebo: atque
 ita quidē, vt me nihil affinxisse, nihil dissimulasse fatea-
 mini. In imperio multitudinis hęc laudari comprimis
 animaduerti, Exequari inter se ciues: ac iuris rerūque
 omnium summā inter omnes æquabilitatē extare. Ete-
 nim in hoc genere gubernādi omnes honorū esse par-
 ticipes: nec quenquam qui sit homo natus ab iis prę-
 miis arceri, quæ in republica vni hominum obtinere
 concedatur: nec verò vllum ita infra alios poni, quē-
 admodum in regno paucorumūe dominatu, vt ver-
 na quidam bestiaue: nonnulli ita foelices beatiq̄ue, vt
 parum ab heroibus diuisque differre videātur. Ad hęc
 in huiusmodi republica: non ad vnius paucorumūe li-
 bidinem vniuersos victitare: sed vnumquenque propè
 ita agere vt velit: sibi ipsi leges: sibi instituta: sibi vitæ
 rationē genūque præscribere: ac prorsus quidem frui
 omnes omninò libertate, qua homini nec gratius, nec
 amantius esse quicquam potest. Nihil hic honori esse
 cēsus aut diuitias: sed virtuti summos honores laudē-
 que decerni. Si quid cuiquam etiam humilimo in mē-
 tem veniat, quod reipublicæ vtile cōmodūque pu-
 tet, in commune sine metu posse proferre: cōtrāque si
 in cōsultatione rerum publicarū aberrare vllōs, vt faci-
 les ad errādum sunt homines, aduerterit, nihil quin ab
 errore reuocet & reducat in viam prohibere. Leges quæ
 sunt rerū omnium sanctissime, in administratione po-
 pulari, non effrenem hominis cupiditatem regere mul-
 tudinem: nec has diuites potentēsque, sicut in ceteris
 reipublicæ generibus, impunè violare. Qui publicis

muneribus vnquam præfuerint, gesti magistratus rationem posci, eosque repetundarum iudicio esse obnoxios. Non pro cupiditate vnus, paucorumue tributis, vectigalibus, exactiõibus, ne dicam latrociniis loculos omnium expilari: sed hæc publicis necessitatibus terminari: sponteque ab vniuersis quæ sunt necessaria cum ea quisque decreuerit, vulgò conferri. At verò quibus imperium paucorum placet, rectè moderari rempublicam sapientes prudentesque cum capita contulerint, resque accuratè inter se cõsultauerint, pronunciant: multitudinem leuitatis & incõstantiæ damnant: esseque perabsurdum dicunt, cum de bello aut pace: honoribus, vita aut fortunis cuiusquam: postremo arduis quibuscunque de rebus consultes, tanti esse insulsi, ignari, leuis, adeoque amentis & insani, incõsultam temerariamque sententiam, atque acre peritissimorum expertissimorumque hominum iudiciũ: nec verò tanta virtute quenquam reperiri, vt vnus omnia cernere: omnia habere meditata: sufficere rebus omnibus possit: & vt aliquis eximius præter cæteros reperiat, nimia potentia statim insolescere atque depruari: quod in sanctum senatum non cadat, qui quotidie continentèrque virtutem sanæque consilia meditetur: & legibus parere ipse vnà cum cæteris cõpellatur. Regium autem imperium his potissimum rationibus in cælum fertur, nature id conuenire maxime atque sicuti omnia in orbe à Deo vno administratur, ita in ciuitatibus præesse reipublicæ vnum aliquè excellentem debere: qui quoad humana conditio, natura-

turâque ferat, sese tantû ad exēplar conformare: eius imitari bonitatem, charitatem, iustitiam, prudentiam, cæterasque virtutes conetur & studeat. Apes etiâ quâ sit hoc genus reipublicæ naturæ consentaneum ostendere: quarum alucaria quæque suos Reges habere, qui cæteris apibus munia partiantur, eâsque exercent perspiciatur. Vt ex ea re mel suauissimum conficitur, ita vbi ciuitati Rex præsit, infinitis commodis augeri ornarique rempublicam. Esse hanc reipublicæ rationem familiæ quàm simillimam: populûmque Regi æquè ac filios patri charum esse oportere. Vt in familia primæ patrifamiliâs deferantur: sic in republica Regi alicui summum ius summamque authoritatem tribuendam. Si multitudo in opere quocunque exercenda sit, vnum aliquem præfici solere, qui à singulis operas exigat: neque otiosi illos aut cessare patiatur. Quod verò ambigendi rationem tollit, nonne si quid consultandum proponitur, necessitasque huius illiusue rei demonstratur, frustra deinceps de cæteris vtilia necne sint contentetur: omnésque necessitati obsequendum constituent? At verò ita res humanæ comparatæ sunt, vt vix vnus, altérque inter se consentiant: nedum multitudo de rebus arduis atque republica conueniat: vt velimus nolimus, si rectè explicare consilia cupiamus, vni credere rempublicam non pluribus necessitate adducti debeamus. Ac quidem huius imperij præstantiam necessitatémque etiam ij quibus plurium gubernatio placet re comprobant, si quando bellis agitari rempublicam ipsorum contingat: quo tempore à suis institutis

Après
suos re-
ges ha-
bent.

Melior
vniusquã
multorû
reip. gu-
bernatio.

discedere, seque præfecto vni commendare compelluntur. Quòd si saperent etiam cum à bello vacare datur, efficerent: remque publicam vt in alto nauem infinitis vbique periculis obnoxiam & breui momento è summa tranquillitate graues saepe tempestates exoriri cogitarent: atque quemadmodum nauis gubernaculo vnus præest clauumque tenet, sic in republica vnum præesse cæteris paterentur. Sed huius imperij commoditates magis illustrabuntur, si quid in cæteris generibus vitij insit breuiter recensuerimus: eaque cum iis quæ in regno desiderantur contulerimus. Qui multitudinem præesse rebus volunt, libertatis specie decepti instabili maximè rei sese remque publicam committunt: breuèque ad tempus ipsa libertate, qua tantopere delectantur, frui possunt: & intolerabili tandem seruituti subiugantur. Ita enim sunt hominum mores, vt vix quemadmodum antè diximus, alteri quisquam assentiat: variis que studiis homines vulgò distrahuntur. nec verò de rebus magnis & republica rectè commodeque consultant, qui nullo rerum vsu sunt, nulla scientia, nullo iudicio: sed leuitate atque inconstantia modò huc, modò illuc, vt seditiosus aliquis stolidusue impulerit, rapiuntur: atque discordiis, seditione, multis ac magnis incommodis huiusmodi ciuitas pessimè conflictatur: tandèque vbi ad alterarum partium ducem victoria redierit, occupata tyranni de cùm in aduersam partis reliquias, tùm in ceteros quoscunque dux ille praua iam consuetudine labefactatus sæuus & crudelis existit: foeda libidine omnia cõtaminat: nec insatiabili avaritiæ & cupi-

Periculo-
sum mul-
titudini
R ép. cõ-
mittere.

ditati modū facit. Quid verò perniciosius magisq; absonum, quàm insanos insipientesque præesse sapientibus: peritis imperitos: leuitatem grauitati: furorē prudentiæ anteponi? Quòd ad paucorū administrationē attinet, etsi id genus reipublicæ splendidius: tamen ita natura fert hominum, vt excellere quisque alios, nec eos sibi esse pares facilè ferat. quo fit vt factionibus studere sæpe magis quàm reipublicæ cōmodis senatores perspiciantur: eamque sententiā multi eorum in cōsultationibus potiùs sequuntur, quæ aduersariis obfutura videatur, quàm quæ reipublicæ conducat: & sua comoda publicæ vtilitatis specie magistratus vulgò consecretantur. His ex rebus eadem quæ in statu populari seditiones bellæque ciuilia nascuntur: atque dissentionibus perpetuò hæc ciuitatis forma perturbatur. Vnū in regno extimescendum ne qui præest reipublicæ nimia potētia corrūpatur: abiectæque reipublicæ cura suis tantūmodò cōmodis, auaritiæ, libidini, cupiditati seruiat: crudelisque ac è Rege tyrānus euadat. Sed id, Verodunēses, à Gallorum moribus lōgè abest: eaque semper Regū nostrorū humanitas, mansuetudo, clementia, benignitas fuit, vt pios multos, probos, pulchros, patrię parentes: nullum verò è tot Regibus crudelē, inhumanūque nominare possimus: & verò ita sunt Gallię instituta, vt magna senatui authoritas, magna item populo concedatur. Nam à sanctiore concilio leges perscribuntur: perscriptæ ad Senatum referuntur: nec nisi cū eas approbauerit ratæ habentur. Conuentu verò populi res maximè reipublicæ, vectigalia, bella, reipu-

Paucorū
admini-
strationē
quæ mala
sequatur.

Quid in
regno ex-
timescen-
dum.

publicæ procuratio constitutióque aguntur: vt cum omni genere reipublicæ mixtum imperium à multis maximè sit laudatum, nihil reipublicæ Gallicæ institutis possit esse præclarior. Quamobrem tametsi nihil esset, quòd vos in Gallorum fidem atque clientelam tradere compelleret, quàm vt ex instabili statu turbulentióque in tranquillum, certum, commodúmque migraretis: & quasi in alto tempestate iactati ventis, procellis, turbinibus afflicta perfractaque nauis in tutum tranquillúmque portum perueniretis, tamen vos vestrasque fortunas miseras perditasque optimi potentissimique Regis fidei credere deberetis. Sed si vetustissimos vestræ urbis annales reuoluatis, ita reperietis Clauream olim eam appellatam: propterea quòd eius muri immixtis trabibus reuincti grandibus clavis erant: quæ in Gallia murorum urbicorum forma fuit: vestraq; urbe Caium Cæsare hyberna olim sæpe collocasse: ac deinceps sub Romanorum imperio ad Clodouei Regis ætatem vsque vestram ciuitatem urbemque fuisse: à quo cum esset expugnata, quòd pro Egidij Romani partibus staret, euerlurus eam ille Rex fuit, nisi eum Euspicius vir sanctissimus ab huiusmodi consilio reuocasset. Inde eam Lodoicus Probus Caroli magni filius possedit: multúmque tempus Austrasiæ Reges constitutá ibi sedem habuere: idque donec Carolus Simplex Gallie Rex Henrico Othonis II. patri Verodunum permisit. Ex eo tempore Veroduni Comites ab Imperatoribus constituti: è quibus Federicus Godofredi Barbati filius ad sacrum bellum profecturus ius suum om-

Clauca.

Apud Verodunen-
ses Cæsar
olim hyberna sæpe collo-
cauit.

Federic^o
Verodunen-
sis
comes.

ne Episcopis ciuitatis concessit. Ii vexati aliquoties à Lotharingis Ducibus suâque sede deiecti, tamen à Godofredo Bullione sese pecunia redemere. Quòd verò per hos aliquot annos vestris legibus vti voluistis, & administrationem reipublicæ popularem secuti estis, fecistis id certe iniuria: vósque sacro Episcoporum patronatu, vt videtis, cum maxima Dei Ecclesiæque offensione subduxistis: simulque deterrimam gerendæ reipublicæ rationem miserimamque delegistis. Sed cum ab eo ad optimum transire atque emendare rempublicam liceat, videte ne qui hæctenus quamplurimis seditionibus ac omne genus incommodis afflictam reipublicam habuistis, vestra mala alere potius, quàm remedium illis medicinamque opportuno tempore adhibere: atque perturbare rempublicam, potius quàm eam rectissimè constituere velitis: multoque magis, cum nunc multa vestris capitibus à finitimis Principibus, qui vestris fortunis cupidè omnes inhiant, detrimenta periculâque impendeant, in Regis potentissimi humanissimi, ac supramortales omnes liberalis, qui vos vestris Episcopis restitutos cupit: & quem illi vósque vnâ summum habituri patronum estis, fidem, clemētiam, bonitatēque confugite.

Henricus postquàm huiusmodi oratione Verodunenses Lotharingus Cardinalis demulsisset, còque ipse cum exercitu venisset, perpetui præsidij causa in Episcopalibus hortis arcem exædificari iussit: eiusque rei curam Iacobo Alboni Andraxano Tribuno militari commendauit. Tauennem oppido præfecit: at-

Verodunenses in
Henrici
ditionē
transerūt.

que audiētes Carolo Lotharingo suo Episcopo Verodunenſes eſſe præcepit. Ea perfectã re Damuillariũ reuertitur: eique oppido Lodoicum Rabodangem rei militaris ſcientiſſimum virum præponit, atque ei iuſtũ militum præſidium attribuit. Inde Mommidium oppugnare cogitabat, eoque ire cum exercitu maturabat. Id cum Erneſto Mansfeldo Comiti Præſidi Lucemburgiſis Ducatus eſſet nunciatum, magnam vim tormentorum ſubitò Mommidium transportari Yuoeo curat: præſidiũmq; quantum poteſt Mommidij locat. Ea re adductus Henricus Rex Mommidium transgredi, Yuoeũque oppugnare, tametſi Mommidiũ prius tentare multi ſuaderēt, propterea quòd eſſet infirmius ſtatuit: captoque Yuoeo Mommidiēſes animis caſuros oſtendit. In itinere quo Mommidium itur pontem in Moſella flumine Cæſariani occuparant: ſed cum aduentare Henricum intelligerent, præſidio deceſſere. Cum Mommidium Rex prætergrederetur, leuioris armaturæ equites oppido egreſſi nouiſſimum Regis agmen prælio laceſſunt. Martiges haſta præfectum turmę equitum traicit. Angluraverò Baro è noſtris plumbea ictus glande cadit. Oppidani noſtrorum impetum diu non tulere, ſeque in urbem recepere. Producto Yuoeũ Hẽricus exercitu ſitum urbis perſpicere: ac muros propius inſpectare, vt qua parte oppugnatio eſſet facilior intelligeret, cupiebat. Annas Mõmorãtius Magiſter equitũ ſũmo tũ ſtudio eũ reuocare à tãta audacia: multisque verbis demõſtrare infœliciſſimè ſepe Principib⁹ qui eiufmodi pericula adiiſſent ceſſiſſe. Ita Carolũ Bor-

Henricus
Yuoeum
obſidet.

bonē ad Romam: Philibertū Aurantiū ad Florentiam, Renatum Nassauum eius consanguineum ad Desieriū occubuisse. Si Galli Reges huiusmodi periculis sese in dies obiiciant, diurnis Regibus opus fore. Henricus vt animo satisfaceret, edito è loco vnde in urbem despectus erat paulò longiùs à muris situm vrbis diutiùs est contemplatus: & aggerem, muros, castellum diligentissimè communita vbique, & firmissimum in oppido præsidium spectauit: sic vt multi cæpto desistendum suaderent. Id oppidum, de quo sæpe Franciscus Galliæ Rex & Carolus Imperator contenderant, vterque bis nouis munitionibus confirmarat. Oppidani initiò fortiter rem gerere: fossa & mœnibus Gallos prohibere: nihilquē prætermittere quod ad defensionem pertineret. Sed Stræas Gallicorum tormentorum præfectus in eam partem quæ Mosonem spectat deductis Bombardis ingētibus: præterea sex aliis ex eo genere quas colubrinas vocant cello in loco, ex quo in urbem despici poterat constitutis oppidanorum quenquam consistere in viis plateisque non patitur: multasque omnibus locis ruinas edit: tantumque oppidanis terrorem infert, vt re à ciuibus primùm, deinde à militibus desperata, Mansfeldus sese & oppidum Henrico tradiderit. Rex dono prædam Mommoratio Magistro equitū donauit. Mommoratio eā cataphractis suis equitibus atq; Frãncisci Mommoratio filij permisit: ac cū abscedere ab oppido peditatum Rex iussisset, id magnopere indignari frequētissimi milites fremitu significauère. Dū Yuoëū Hëricus oppugnaret, Robert

Yuoëses
desperatis
rebus
Henrico
se dedūt.

Marcius Tribunus militaris ab eo militum manum pe-
 tit quibus Bullionem castellum maioribus suis Francis-
 co Rege à Cæsare ereptum recuperaret. Ei Rex ad tria
 peditum millia permisit: equites ad mille ducentos:
 adhæc tormenta quinque muralia. Sed tantulæ copię
 ad munitissimum expugnandum castellum extenua-
 tiores videbantur. Nam edita in rupe positum excaua-
 ta ædificia atque ex ipsa rupe muros habet, quos pro-
 fundę fossę vñdique circumdant, & aditus ad illud vni-
 cus, isque perquam difficilis. Qua de causa Marcius
 quod militum equitumque habebat: sæpius circumdu-
 cit: & digredi regredique identidem vt numerum ma-
 iorem eumentur, ac totus Regis exercitus eò condu-
 ctus videretur, imperavit: Tum incredibili militum
 rusticanorumque hominum labore in præcipiti quic-
 quid tormentorum habebat collocavit. Quæ postquã
 pilas euouissent, Haurio nothus castelli præfectus de
 ditione pactus, ni intra triduum subueniretur, filio
 dato obside cum ad diem auxilia defecissent, Bullio-
 nem castellum Marcio extremo anni trigesimi die ex
 quo eius parenti Carolus Cæsar eripuerat, reddidit.
 Quod cum animi molitie fecisse videretur, eam pœnã
 à suis subiit, vt ei ceruicibus caput absunderetur. Exin-
 de Bullionis Dux appellari Marcius cœptus. Yuo eo
 capto ad Mommidium copias Henricus Rex duxit: cui
 oppido tamen bina peditum millia præsidio fuissent,
 tamen Mommidienses pacti de sua rerumque suarum
 incolomitate oppidum Henrico permiserunt. Eius op-
 pidi præfecturam Baroni Parisiensi, qui infimo loco

Castellum
 Bullionis
 situs.

Marcius
 Castellum
 Bullionem
 capit.

Momme-
 dienses
 Henrico
 sededunt.

ortus multis rebus in acie fortiter gestis primos ad ordines peruenerat Henricus mandauit. Eodem tempore Antonium Borbonem Vindocinorum Ducem in Picardiam cum parte exercitus misit, qui ab incendiis & populationibus Mariam Vngariæ Reginam Belgicæ prouinciæ Præsidentem prohiberet. Mommidio Rex Sedanium cum exercitu proficiscitur, quod erat in Marcij ditione oppidum. Eò Catharina coniux aduenerat, cum tentari morbo Regem ex grauissimis laboribus Germanica expeditione totque oppidis castellisque expugnandis contracto intellexisset. Dum ibi Rex moratur, Limium castellum Mesieræ oppido propinquum expugnatur. Ex eo Limius eius possessor qui in Gallia educatus in regia Gallicas partes diu secutus ad Cæsarem transfugerat, obortis bellis vexare Mesierenses erat solitus: & tunc diem extremum incertum morbo an sibi allatis manibus, casuue alio clauserat. Id castellum atque Limianæ hæreditatis partem Constantio Gallo qui uxorem è gente Limia habebat: partem Francisco Niuernorum Duci dono Rex dedit: eundemque Niuernum Ducem ea quæ ad oppida in Luxemburgensi Ducatu capta conseruanda pertinerent curare iussit: atque ei præsidium militum quod satis esse visum est attribuit. Niuernus Rupem Martiam commeatum intulit: Theonuillæ agros vastauit: & Metensibus frumentandi copiam fecit. Vbi iam è morbo recreari Henricus Rex inciperet, Catharinam uxorem Laudunum reuertì, quæ Galliæ procuratori animum intenderet, iussit: Bullionemque ipse peruenit. Bullione cum

Limium ca-
stellum ex-
pugna-
tur.

Trelonis
expugna-
tio.

Estaugis
mors.
Glæonis
& Syme-
si dire-
ptio.

Guyſam veniret Trelonem caſtellam oppugnauit. Ibi
Eſtauges Caſtillionis Gallici peditatus præfecti legat^o
tormento grauitè vulneratur. Ea de re Galli milites ſu-
pramodùm indignati ſcalas muris admovent: eòsque
ſumma audacia conſcendunt: & multa cede hoſtium
Eſtaugem vlciscuntur. Is Guyſam delatus paucis poſt
diebus moritur. Eodem tempore Glæonem caſtellum
Henricus atque Symæſum oppidum magna reſistenti-
um ſtrage facta expugnauit: atque ſolo, vt de Trælo-
ne iam ſtaturat, adæquauit. Dum Symeſum milites
diripiunt ac latebras omnes perquirunt, puluiſtormen-
tarius igne fortuitò concepto noſtrorum militum ad-
centum & viginti abſumpſit. Guyſam cùm Henricus
veniſſet, magni cõtinuè imbres ſunt ſubſecuti: qui-
bus & Germanico itinere multis ac magnis militiae la-
boribus exercitus vehementer afflictabatur. Itaque col-
locato præſidio in iis oppidis caſtellisque omnibus
quæ finitima hoſti erant, Henricus in Galliam reuerti
conſtituit. fere ad hoc tempus Mauricius Dux Fieſſam,
quod eſt in extremis Alpibus oppidum ad Loechum
flumen, ducto exercitu per exploratores ſit certior, om-
nes montiũ aditus atque anguſtias à Cæſarianis eſſe
occupatas: eòsque locis opportunis tormentorum ma-
gnam multitudinem ex eo genere quæ campeſtria vo-
citat diſpoſuiſſe: & ita vias omnes præcluſiſſe, vt pene-
trari ad eas vix poſſit: reliquũ exercitum ad Rutã cõſe-
diſſe, caſtrãq; diligẽter vallo & foſſa munuiſſe. Sed ni-
hil morata ea res Mauriciũ peditatũ omnẽ eũ pauciſſi-
mis equitib⁹ ad eas anguſtias deducit: & milite cohort-

tatus, vt pro religione atque libertate, veterique rei militaris gloria fortiter gereret, diuersis locis impressione facta hostes loco deiicit, in fugamque conuertit: qui cum è fuga sese in Rutana castra reciperent, trepidatione metuque ea compleuere. Id cum futurum Mauricius prauidisset, eodem subito profectus castra oppugnat. Non diu eius impetum Cæsariani ferunt: seque per munitiones vndique deiiciunt. Ex iis circiter mille pars capti: alij cæsi: vel in Loechum præcipites dati sunt flumen. Postridiè ad Erebergum castellum Mauricius exercitum deducit: Id in prærupta rupe situm, & latè in circuitu fossa, muroque & turribus communitum à Ferdinando Romanorum Rege possidebatur: ac tùm in eo ad quatuor peditum millia præsidio fuerunt. Hi tametsi fortiter resisterent, tamen tantus Mauricianorum ardor audaciæque fuit, vt Erebergios loco pellerent: rerumque successu eò amplius incitati in arcem erumperent: nec telis vndique coniectis, tormentisque immixtis tardarentur: tandèque omnes quotquot in arce erant ad deditiõem compellerentur. Captiuorum numerus fuit ad tria millia hominũ: ceteri cũ præliũ tantæque captiuorum multitudo Mauricianos detineret, effugere eorũ manus. Ea re celeriter ad Cæsarẽ nunciis perlata Oenipontẽ, quò Ferdinandus frater voluntatẽ eius de pace sciscitatum venerat, festinatò profugit: & penè discedes Ioannẽ Federicũ Ducẽ Saxonix iã quinqueniũ captiuũ spontè liberat: ne id postea ab hoste per vim extortum videretur. Federicus custodia iã solutus

Mauricius
hostium
stragem
maximã
fecit.

Mauricius
expugnat
Erebergum.

sua voluntate post id tempus paucos dies Cæsarem honoris causa est secutus. At Mauricius Oenipontem profectus Cæsaris impedimenta Augustanique Cardinalis diripit: ciuium verò bonis atque Ferdinãdi abstinere manus suos imperat: quòd Ferdinandum Regem omninò inclinare ad pacem animum perspiciebat: & Passauij de pace iterum colloqui breui inter se, vt diximus, constituerant. Dum hæc agerentur, Albertus Brãdeburgus iam inde ex quo tempore Lincij Ferdinandus Rex atque Mauricius de pace egerãt, à Mauricio digressus, cum ipsi duo millia equitum, peditum signa octodecim parerent, publicam causam noménque Gallix Regis armis bellóque pratexebat: sed magis rem suam agere, suisque commodis prospicere videbatur. Nam direptis Volphangi Teutonici præfecti bonis grandique pecunia ab eodem exacta agros, vicósque Norimbergensium, tametsi Augustanam religionem colerent, populabatur. Lictenaunum verò eorum oppidum funditus euertit: & eorundem syluam amplissimam incendit: neque priùs eorum finibus excessit, cum id Mauricius ac socij vehementer eum flagitarent: quàm ducenta aureorum millia sexque maiora tormenta darent. Parem verò auri summam à Virciburgico Episcopo paulò ante abstulerat: eundemque eò redegerat, vt se Alberti creditoribus trecenta aureorum millia soluturum promitteret. Adhæc Bambergensem Episcopum sibi viginti præfecturas concedere, & ea de re diploma conficere Albertus coëgit. Soluta autem Norimbergæ obsidione, quod fuit duode-

Albertus
Brãdebur-
gus pu-
bl. causã
Gal. ar-
mis præ-
texebat.

Lictenau-
num op-
pidum
funditus
euersum.

cimo Iulij Calen. eadem Vlnensibus minabatur: & ad Moenum flumen progressus coniecto in fugam Moguntino Archiepiscopo aliquid quoque nūmorum exprimere conabatur: idēque cū se Mauricio Francofurtum oppugnanti, in quo erat Cæsaris præsidium, sese coniunxisset, eo inopinante ad Rhenum deflexit: atque Vormaciam Spirāmque cepit. Ab Argentinensibus quoque vt suorum militum præsidium oppido reciperent, postulauit. Postremò eius consilia actaque omnia valde à pace aliena cernebantur: cui quòd Mauricius studebat, multū ei in concionibus quotidianis que sermonibus obtrectabat. Sed pridē Calen. Aug. per Henricum Misnium Boemiæ Nomophylacem Cæsar & Ferdinādus frater pacem cum Mauricio his præcipuè legibus faciunt. Vt intra diem duodecimum Mauriciani omnes ab armis discedant: vel in Ferdinādi Regis verba iurent vt Philippus Hesus iis conditionibus dimittatur, quibus se Cæsari quondam permisit. De religione vt communi Germaniæ concilio intra sextum mensem decernatur: vtque in Imperatorium Concilium Augustanæ etiam religionis asseclæ admittantur. Otho Palatinus Comes liberè suis rebus atque oppidis fruatur. Henrico Galliæ Regi si pacem velit, de ea cum Cæsare per Mauriciū agendi potestas datur: cui qui militant si ante tres menses arma ponant, iisdem pacis conditionibus vti possint: consimiliter Albertus Brandenburgus, si copias ante duodecimum dimittat diem. Iandudum Florēni nimis opibus potentiāque elati libertatem Senensibus suis finitimis in-

Cōditio-
nes pacis
factæ in-
ter Cæsarem
&
principes
Germaniæ.

viderant : cuius retinendæ Senenses cupidissimi magna vi illis obstiterant : eorúmque exercitibus magnas clades nonnunquàm intulerant. Hac nostra memoria Cosmus Medicus Florentiæ Dux vnà cum ciuitatis imperio vetus in Senenses odium ac eorum subiugandorum cupiditatem accepisse videbatur. sed quòd sese inferiorem existimabat, quàm vt per se aggredi fœliciter tantam rem posset, Caroli Cæsaris potentia, atque authoritate vt ad eam rem statuit. Cæsar cum nihil ab eo Senenses metuerent, præsidium Hispanorum Senis per causam libertatis eorum conseruandæ imposuit : & multitudinis continendæ causa arcem opportuno in vrbe loco per simulationem Senensium ab iniuria hostium protegendorum ædificauit : præsidio Diegum Mandosam Hispanum præfecit. Is cum plebem à nobilibus dissentire, atque de eorum insolentia queritari aduerteret, nobilitati ad speciem continendi in officio eius ordinis arma eripuit. Deinde infestus vtrisque partibus esse cœptauit. Id Senenses ferre ægerrimè : eoque acriùs, quòd multa ab Hispanis militibus insolentiùs, quàm vt assuefacti libertati homines ferre possent committebantur. Erat ad hæc tempora in Italia Hippolitus Ferrariensis qui multa in Gallia sacerdotia opulentissima possidebat, & Franciscus Turno Cardinales Salernus Sommaque Neapolitani Duces qui tum Gallicas partes sectabantur, atque cum his vnà Paulus Termes, & Lod. Sangelasius, Lansax præfecti militares. Hi con-

Senenses
à Cæsare
decepti.

filio inter se habito nuncios ad Senenses occultò mittunt: iisque persuadent, vti ab Hispanis petant ex agris oppidisque quibus imperent euocare milites liceat, quorum præsidio suos fines portusque à Turcico exercitu, qui iam Teracinæ esset atque Senensium occupare oppida vellet, tueantur. Ea re permessa Senenses Montem Alcinoum firmissimum suæ ciuitatis oppidum muniunt: ac sine tumultu multos ex agris Senas intromittunt. Sed cum exultare gaudio ciues atque de libertate quam sibi quisque quasi iam restitutam animo repræsentabat, congratulari inter se magis, quàm à Turcico exercitu metuere Franciscus Albo præsidij Hispanici quod sexcentorum militum fuit præfectus aduerteret, edicto proposito pedem domo efferre Senenses vetat: ipse in publicas ædes profectus vrbis præfectum & nonnullos illustriores ciues in catenas coniicit: & nunciis festinatò ad Cosmum Medicem Florentiæ Ducem missis quanto in periculo res sit docet: vti quæ auxilia maturet plurimum rogat. Cosmus properè Othonè Montacutiù cum octingentis pedibus mittit: qui cum ad vesperam in urbem cum militibus esset ingressus, munitiores eius partes occupauit. Hispani castello & Dominicano cœnobio sese continebant. Noctu Senenses qui nondum ad urbem conuenerant coacti circiter tria millia ad Camoliam portam adfuerunt: eaque effracta ac iis qui resistere ausi erant in fugam conuersis, libertatem conclamant. Ea voce cæteri è popularibus exciti ad quinque millium numerum in armis præstò adfuerunt, seque aliis coniun-

Senenses recuperanda libertatis causa in Cæsarianos arma parant.

xerunt. Montacutius cùm tantam vim sustinere non
 posset, in castellum profugit. Prima luce missi subsidio
 à Farnesio Floriòque Cardinalibus & Petilliano Comite
 militum ad duo millia in vrbe intromittuntur. Se-
 nenses tantis aucti copiis Dominicanum cœnobium
 oppugnant. Hispani nauiter sese defendunt: sed ducē-
 tis è suo numero amissis loco cedunt. Reperta ibi sunt
 octo tormenta ingentia: scloporum, hastarum, telorū,
 armorūque omnis generis magnus numerus. In ead
 castellum arcemque Senenses pugnant: vbi cùm aliquā-
 diu Hispani præsentis animo sese defendissent, tandem
 incolumitate permessa castello excessere. Ibi multi Se-
 nensium memores iniuriarum quas à præsidio Hispanico
 accepissent, sese tenere non poterant, quin plerof-
 que Hispanorum pessimè acciperent: vixque præfecti
 eos cohibebant. At dum castellum oppugnabatur, au-
 xilia ampliora à Cosmo Duce Hispanis adueniebant:
 sed cùm de deditioe agi intelligerent domum reuer-
 terunt. Capto Castello Senenses qui id opprimendæ
 libertatis causa exedificatum à Cæsarianis meminisset,
 concursu multitudinis facto illud euertere: tantoque
 id studio omnium, vt vestales virgines claustris egressæ
 cæteræ multitudini sese admiscerent: ac pro se quisque
 egregiam voluntatem ad libertatem conseruandam ea
 demolitione testificaretur. Galli quoque vt fidem Se-
 nensibus probarent, primi omnium ad eam rem ag-
 gressi feruntur. Id Nonis Aug. est factum. Pace facta
 cum Mauriciò Cæsar quoscunque potest ex iis Prin-
 cipibus qui Mauricianas partes secuti fuerant ad se
 adiungit,

Senenses
 pulsis Cæ-
 sarianis
 castellum
 vrbe e-
 uertunt.

adiungit, Metimque oppugnare maximis copiis summoque rerum omnium apparatu sed alienissimo anni tempore aggreditur. Persuadet iis ciuitatibus quas Imperatorias vocant, vt cum eodem iure sint Metis, Tullum, Verodunumque, quæ nunc oppida ab Henrico Rege teneantur, vt auxilia equitum peditumque mittant, frumentumque exercitui conferant. Eadem de causa cum Augustam accessisset petentibus Augustanis vt religione vterentur, quæ à conuentu concilioque in ea vrbe de eius decretis paucos ante hos annos habito Augustana nominatur, magno omnium cum gaudio applausuque concedit. Sed repudiatis Mauricianæ pacis conditionibus Albertus Brandeburgus Rhenum copias traduxit: Moguntinosque ac Spirenses grauer afflixit, sed sacerdotes maximè, quorum dirreptis templis & domibus etiam sacras aliquot ædes incendit. Inde ad Treuiros profectus vrbe ab iis recipitur, qua Georgium Holium Cæsarianum præfectum excluderant, cum is præsidij causa magnam militum multitudinem ad portas vsque deduxisset. A Treuiris in Lotharingiæ fines progressus, si quæ sibi ab Henrico Rege commoda conditio ferretur expectabat. Sed Henricus Francisci Lotharingi Guysæ Ducis virtuti confusus Metim eum magno cum præsidio validoque mittit: quod ei cum maximo fortissimoque Imperatore rem fore prospiciebat. Eò cum Guyla accessisset, multa in oppido desiderari comperit, quæ ad sustinendam diuturniorem oppugnationem essent necessaria: murum, turres, cæteraque propugnacula valde infirma,

Cæsar ad oppugnandam Metim copias parat.

Albertus Brandeburgus.

Guysæ dux Metim cum præsidio ingreditur.

vt eius vr̄bis quæ & esset amplissima, & longa pace vsa
 nullum per multas ferè ætates hostem extimiffet.
 Quamobrem comportari è vicinia in vr̄bem frumen-
 tum, materiam, ceteraque belli subsidia iubet: turres
 castellaque quibus locis commodum erat admirabili
 celeritate constituit: fossam ad muros expurgat, val-
 lumque mœnibus adiungit: atque vti ad opus milites
 excitaret, sæpe ipse humum egestam ad vallum hu-
 meris exportauit: præter hæc propinquos vr̄bi vicos
 ne ab hoste occuparentur, diruit: templa item cœno-
 biâque nonnulla, quo in numero Arnoldianum cœ-
 nobium fuit: in quo sepulchra Hildegardæ Reginae
 Caroli Magni coniugis Franciæ, Mediomatricumque
 (quæ Austrasia dicta est, cuiusque regni metropolis
 Metis tum fuit) Regis: & qui post Hildegardæ mortem
 Germaniæ Romanorumque Imperator est factus. Lo-
 doïci item Pij Caroli Hildegardæque filij, Rotaidæ &
 Aleidæ eiusdem Caroli: Hildegardæ Aleidæque Pij so-
 rorum: præterea Drogonis Metensis Archiepiscopi
 Regis Pij fratris: Vitronis Mediomatricû Ducis, Glo-
 cinæ que in diuos est relata patris: & Amalardi Treui-
 rensis Archiepiscopi præfecti sigillorum Caroli quem-
 tum diuorum numero incolæ habebant: Horum reli-
 quas ferculis in vr̄bem transferri decreta supplicatio-
 ne Guyfa iussit: cui ipse funale gestans cum iis omni-
 bus qui aliqua dignitate erant in vr̄be interfuit: Alber-
 tus Brædeburgus Gallicarû sese esse adhuc partiû præfe-
 rebat: & à Theonuilla non procul in Roranganis agris
 castra posuerat. Is ab Henrico Rege stipendium supe-

Guyfa cū
 cæteris
 primus
 humum
 egestam
 humeris
 ad vallū
 exportat.
 Tēpla &
 nonnulla
 cœnobio
 edēritur
 Qui re-
 ges & re-
 ginæ
 apud Me-
 tum olim
 sepulti.

Reliquiæ
 è ferculis
 in
 vr̄bem
 trāsata.

riorum mensium suo militi postulabat: quòd se Germanico bello militasse Regi dictitabat. Sed Henrico suspecta fuit Alberti fides: propterea quòd eum abducere ad se Cæsar magnis præmiis pollicitationibusque nitebatur: & certis nunciis ad Henricum erat perlatum in eam rem Albertum propensa esse voluntate. Ea de causa Guysæ Duci iam tum cum Metim eum dimitteret, & postea nunciis missis mandauerat, ut sic cum Alberto ageret, ut suam eum operam ipsa Cæsarique auctionari meminisset. Quòd si impetrari à se quicquam Albertus pateretur, omni ratione ei persuadere Guysa niteretur, ut à Meti procul suas copias haberet: in eamque maximè partem deduceret, qua Metim Cæsar oppugnatum veniret: quòd difficiliorem redderet ei commeatus subuectionem. Sed iam addicta Cæsari fide Albertus contraria ratione annonam substrahere Guysæ Duci conabatur: suisque militibus subministrari ab eo commeatum postulabat: cui ne quam offensionis causam Guysa offerret, vinum panemque initiò præbuit: & Alberto iterum idem flagitanti è domestico penu quòd mitteret prompsit. Sed cum poscendi finem Albertus non faceret, Petro Strossa viro clarissimo ad eum missò ostendit esse à belli rationibus perquam alienum, ex ea vrbe ad quam oppugnandam Cæsar cum maximo exercitu aduenter, annonam subtrahi, præsertim quæ in ea esset exigua. Accipere satisfactionem Albertus visus est: & quasi Henrici Regis præcepta facturus

Brandeburgi
suspecta
fides.

Salinas versus ducere velle exercitum affinxit: petiitque gnarum aliquem locorum ducem dari. Datus est Gaspar Hussus Buyius Metensis. Sed postridie eius diei literas nunciosque ad Guyfam Albertus mittit, quibus mutasse sese consilium significat: & plenam periculi rem fore ostendit, si ad Cæsarem propius accederet. Ea de causa Mosellam copias traducere statuisse: quod ut facere commodè possit, sublicium pontem eo in flumine instrui à Guyfa postulat: dùmque id fiat suum exercitum subleuari commeatu. adhæc nonnullos ex suis militibus Metim abductos captiuos queritur: iique ut restituantur petit. Guyfa de ponte quod esset postulatum, carere se materia respondet: sed lintres ratesque omnes quæ circum Metim Ponscamosontemque reperientur conquiriturum: & in eum locum quæ Albertus præscripserit, si ita is statuat, promittit. De commeatu per Strossam ostendisse integrum sibi id non esse: nullum præterea Alberti militem quod sciat in vrbe esse: eodémque loco eius milites quo suos sese habere. Id cum Alberto relatum esset, necessariis de rebus velle cum Guyfa colloqui proponit: & colloquio extra urbem deligi locum rogat. Guyfa cum qui obsessa vrbi præsit non posse sine flagitio portis excedere demonstrat: si colloqui Albertus velit, id fieri in vrbe commodius posse. Accepit conditionem Albertus: sed re de die in diem sapius producta tandem quod de colloquio poposcisset sibi iam non esse commodum dicit: & id ut in bonam partem Guyfa accipiat vehementer petit: simul ne se suspectum habeat, tormenta.

Alberti
Brandeburgi do-
li & infir-
dia.

Guyfa
ducis e-
gregium
responsu.

nonnulla quæ propter anni tempestatem secum adue-
 here non posset, recipi vrbe postulat. Ea re permiffa
 reclusis identidem poris tormenta in vrbe introducta
 sunt. Ipse Albertus ad Treuiros reuersus ex eorum op-
 pido præsidium educit: ac Fraxinum, mox etiam Lan-
 facem, tum Capellabironem Castillionémque legatos
 ad se ab Henrico Rege missos, qui certis cum eo con-
 ditionibus de auxilio paciscerentur, sepe frustratus, ad
 Metim regreditur. Iàm tum cum Cæsarianæ copiæ Me-
 ti appropinquarent, Henricus Rex Annam Mommo-
 rantium Magistrum equitum cum copiis præmiserat,
 qui Cæsarianos quoad posset interpellaret: & Metensi-
 bus pro tempore subueniret. Is multos dies ad Michae-
 lium oppidum quod Meti viginti fere abest passuum
 millia substirrit: & inde firmissimum præsidium Guysæ
 per Horatium Farnesium Castriæ Ducem misit. Mom-
 morantium qui in exercitu triginta peditum millia:
 equitum ad septem haberet cum Alberto manum cõ-
 ferere multi opportunum existimabant: sed quòd in
 Gallicas partes propenso esse animo Albertus præ se
 ferebat, consulta re satiùs esse Mommorantius duxit,
 Albertum cuius consilia doli fraudisque plena esse
 animaduerteteret, deludere: atque ab eius exercitu quos-
 cunque posset in suas partes traducere, quam ancipi-
 tis præ iij aleam tam importuno tempore quò Cæsaris
 exercitus aduentaret subire: eoque res processit, vt
 Reisbergum præfectum Germanicorum signorum ali-
 quot ad suas partes adiunxerit. Albertus qui frustra-
 di causa immensum stipendium postulabat, cum de eo

Mommo-
 rantius
 magister
 equitum
 Guysæ
 misit
 præsidium.

minus conueniret, à Mommorantio petiit, vt eius voluntate reuerti in Germaniam liceret, vbi vexandis Cæsarianis oppidis Henrico Regi inferuaret: itémque sibi ipse possessiones è Cæsarianis cōpararet. Id hac lege Mommorantius permisit, si à populationibus suos contineret. Idem Mommorantius finitimis Meti oppidis quæ in Henrici Regis erant potestate metuens Albonem Andreænum Tribunum militarem Viroduni cum Tauane eius oppidi præfecto: Lodoicum Rabaudangem Damuillarij: Blenæum Yuoci: ea quæ ad propugnandū vsui essent, si forte eò cursum Celsar dirigeret, iussit comparare: præsidiumque illis necessariū attribuit. Francisco Cleuio Niuernorum Duci Sathenæi eadem curare Henricus Rex iam ante mandauerat, cum ab eo id oppidum ita muniri posse intellexisset, vt oppugnationem posset sustinere. Id oppidum olim Franciscus Rex Henrici pater diligentissimè munierat, quò esset aduersus Luxeburgenses propugnaculū: sed mox persuasus à nōnullis iniquiore esse sitū loco munitiones eius dirui præceperat, atque Lotharingiæ Duci permiserat. Postea Henricus Rex occupatū à Cæsarianis cū recepisset, paruo præsidio tenuerat. Ibi dū Niuern' agit: Viretonē oppidū statuit oppugnare: quod & Sathenæo abesset decē tantū passuū millia: & vnde si Sathenæum oppugnaretur noceri sibi plurimū posse intelligebat. Atq; ne Viretoniis subsidia mitteretur, nemini consilio cōmunicato noctū ad Viretonē quot militum cogere subito datum est, deducit: & tormenta quę conuehi celeriter potuere mœnibus ad-

Viretonē
oppidum
Niuernē-
sis Dux
oppugnat

mouet, quibus paucarum horarū spacio subrutis, nostri
 milites irrūpere in oppidū enixi à Viretoniis repellūtur.
 Sed postquam ad id oppidū copiæ omnes quas è vici-
 niis præsiidiis Niuernus aduocarat cōuenisēt, Viretonij
 animis cadūt: paucosque dies petūt, intra quos nisi subsi-
 diū mittatur. deditiōnē sese facturos promittūt. Ad ea
 Niuernus ne punctū quidē tēporis ad eam rē daturum
 responderet: & si deditiōnem aliquandiu morentur, ex-
 trema illis omnia denunciat. Si statim sese eius impera-
 ta facturos dixerunt: quorū paucos Sathenzum capti-
 uos deduxit: cæteræ multitudini abire incolumib⁹ per-
 misit: atque Viretonē incēdit. At Carolus Cæsar maxi-
 mis coactis copiis Theonuillæ quod pedibus eger esset
 nōnullos dies moratus, tamen si cōplures è suis hortarē-
 tur ne tā alieno anni tempore tantę urbis oppugnatio-
 nē aggredieretur: sed ex infirmioribus eius orę aliquam
 tētare in animū induceret, interea dū ver adueniret, &
 Metenses cōmeatus cōsumerent: tamē in sententia per-
 mansit: ac Aluarem Toledam Albę Ducem legatum,
 & cū eo vnā Iacobū Mediciū Marignaniū Marchionē
 præmitit. Ea re ad Guyfā perlata Pradā præfectū qui cū
 veteranorū manu Rupemartiā castellū custodiebat,
 celeriter ad se venire iussit: eundēque Rupemartia
 castello incenso aduentantem, cū iam in propinquo
 Alba esset, Metim introduxit. Alba cū ad xiiii. Calen.
 Nouembr. ad urbem applicasset, & exploraturus qua
 parte esset debilior eam circuiret, Guyfā Dux Bros-
 se Rendanoque cum paucis suorum exire iussis leui
 cōmissio prælio cū ante receptū Cæsariani cecinisset,

Niuern⁹
 Viretonē
 incendit.

Aluares
 Toleda
 Cæsaris
 legatus.

Prada
 præfect⁹
 Rupemar-
 tia castel-
 lo incenso
 Metim
 pergit.

Albē Du-
cis castra.

Providē-
tia Guy-
sīæ Ducis
in paran-
dis rebus
bello ne-
cessariis.

Ducis
Guiliē ad
suos ora-
tio.

quàm se in urbem oppidani recipere, plurimùm suo-
rum animos confirmavit. Alba Dux castra ad Barbæ
posuit tribus ab vrbe passuum millibus: multosque dies
in iis muniendis consumpsit. Guyfa quoque munien-
de vrbi intentus nullo labori parcere: attribuere Princi-
pibus qui eò spontè conuenerant, ceterisque viris illu-
strioribus quam quisque regionem tueretur: cetera pa-
rare omnia, quæ ad longam oppugnationem susti-
nendam opus fore prospiceret. Sed cùm populo vr-
bem abūdare suaque multitudine laborare aduerteret,
multamque plebem armorum bellique insuctam, &
propter ætatem sexumue bello inutilem oneri sibi nō
commodo fore intelligeret, eam multitudinem abse-
dere portis iubet: certosque ciues è locupletioribus de-
ligit, quorum fidei curæque res suas quas secum efferre
non possent commendarent. Quos verò opifices in vr-
be retinuit, efferre hos domo pedem vetuit, cùm ad ar-
ma conclamaretur. Idem cùm Cæsarem maximis co-
piis undique contractis urbem oppugnatam venisse,
multasque res eius iam diu præclarè gestas sed recentes
maximè Germaniæ victorias nonnullis metum afferre
intelligeret, sibi cohortandos Principes, nobilesque,
qui in id oppidum magno numero atque ex viris illu-
strissimis Galliæ cōuenerant, præfectosque militū vnā
cum omni præsidio existimavit: eumque huiusmodi
oratione vsum accepimus.

Nisi Henricus Rex, fortissimi commilitones, Me-
tim urbem ad Galliam totam ab iniuria hostium pro-
tegendam maximi esse momenti iudicasset, nequaquã
eam

eam à tot illustrissimis Principibus atque optima Gallicæ nobilitatis parte defendi statuisset: neque ipse tantum suscipere onus voluissem, si quid de victoria, quæ mihi vestra omnium virtus atque fortitudo multis facinoribus perspecta atque omnium sermonibus linguisque celebrata certò promittebant, addubitassem: neque verò tot viros egregios, in quibus maxima propèque vnicum Galliæ robur præsidiumque esse cernatur, huc conuenire experiuissim: si non certè mihi rationes constarent, quibus irritos Cæsaris fore conatus prospexissem. Ipsum etiam Cæsarem ad hoc cõsilium descensurum non fuisse existimo, ni eò effertum in nos odium impulissent: & quædam velut furia corruptum ambitione atque inuidia animum extimulassent. Augent scilicet ei animos Germanicæ victoriæ: quas Germanorum inter se dissensiones non Cæsaris virtus comparauere. Superbit quoque multorum regnorum atque Principatum titulis: quæ terrori fortè res sunt imbellibus hominibus: à viris ad armatis atque in his educatis ne flocci quidem fiunt. Iam belli fortunam cum nostris Regibus sapiùs expertus nihil ex eorum possessionibus potuit auferre: nec suum admodum nomen præclara aliqua re gesta illustrare. Nã quòd Ticiniana victoria gloriatur, nemo est qui nesciat, eam non Cæsaris hostiùmque virtute: sed vel Gallorum ipsorum, quos in suas partes malis artibus traduxerant, maximè contigisse. Quòd vero Tunetana victoria exultat, ea fortè barbaro Regi aliquantisper fuit vtilitati: Christianis autem nihil præter dam-

Superbie
bar Cæsar
multorū
regnorū
& princi-
patum
titulis.

Ticiniana
victoria.

Tuneta-
na victo-
ria.

num dedecusque propter ingentes in turpem sceleratamque causam sumptus factos attulit. Itaque istud Cæsaris scelus Deus Optimus Maximus insigni Cæsarianæ classis naufragio statim vindicauit. Sed idem Cæsar cum victricia in Prouinciam nostram signa intulisset, quantum inter barbara Gallicaque arma interesset intellexit: & in magnas necessitates à nostris redactus pro sperata Gallorum victoria ignominiam domum reportauit. Multa similiter Cleuiæ, Iuliaci, Geldriæque oppida cum cepisset: Ducemque illustrem veniam à se abiectum ad pedes petere compulisset: ac victoria sublatus in Francisci Regis fines vim fecisset, ad oppidulum Landricium eius vires Gallica virtute concciderunt. Qui quoque Turcum Imperatorem ab Austriæ finibus repulit, eundem nostros agros inuadere conantem semper nostra cum gloria referre pedem coëgimus. At verò fortasse reperientur, qui de recentibus Cæsaris Saxonice victoriis terrorem nobis iniiciant. Sed qui est illas adeptus, eum ad Cerasolam consertis manibus atque Carignanum oppugnantem Galli fregere. Si in victoriis Cæsar Stæum oppidum nuper captum numerat, nos Yuocum, Damuillarium, Mommidium, Rupemmartiam, Ioannis montem, Trælonem, Glæonemque eius oppida castellaque in potestatem nostram nuper redacta memorare possumus & licet. Postremò quæ nunc aduersus nos copiarum conductæ sunt, eæ sunt Prouincialis belli, Landriciani, Cerasolique reliquæ. Quin proximis cum

Carolus
Cæs. parū
gloriæ, in
Prouin-
cia bella
gerēs do-
mum re-
portauit.

Ad Lātri-
ciū op-
pidū Cæ-
saris vires
Gallica
virtute
conccide-
runt.

Gallorū
victoria
ad Cera-
solam &
Carigna-
num.
Vibes &
castella
inditionē
Gallorū
redacta.

Germanis bellis neruos omnes Cæsarianarum virium excisos: neque haud admodum magnum firmumque iis postea accessisse supplementum cognoscimus. Nam qui superiore tempore auxilio Cæsari fuere, eiusque rebus fauere, cum eum tamen vicistis, aut aduersarios nunc habet: aut ita offensos, ut ab eius causa stent inuitissimi. Quid enim Germanis quos oppressit: Italis quos factionibus a se inuicem disiunxit: Anglis quibus assidue struxit insidias, animi esse existimatis? Ne ipsi quidem Hispani quorum fortunas tributis innumeris & bellicis non necessariis sumptibus attriuit, libenter ei inseruiunt. Sed que nobis est bonisque omnibus ei obsistendi qui orbis totius tyrannidem affectat causa iustissima: nostraque in Henricum Regem fides, pietasque: tum conseruande patrie studium, cuius opprimendae in primis ardet cupiditate Cæsar, ad ei repugnandum addere animos maxime omnium debent: neque eum qui uer cordi usque eum est progressus, ut alieno tempore, quo & imbres niuesque, & immanissimum frigus suas copias vel nobis otiosis affligunt, firmam urbem oppugnare, praesertim a tot uiris fortibus defensam studuerit: & cum anni tempore atque adeo cum Deo immortali bellare, extimescere ullo modo debemus. An uero qui Landricium parua Gallorum manu defensum subigere non potuit, Metim urbem, ubi tot egregij uiri & nobilissimi Galliae conuenerint, expugnare posse sperare debuit? qui Luxemburgensia oppida tutari non potuit, aliena inuadet? & qui tecti muris a nobis conciderunt, nos mœnibus conclusos superabunt? Et uero quanti istud esse existimatis, quod contra quam in castris est

Argumē-
tū à mi-
nori ad
maius.

Cæsaribus, nulla sunt inter nos dissidia: nullæ factiones: omnibus autem est in Regem summum studium: in patriam charitas fidésque singularis? Quamobrem nisi vobis desitis ipsi, Gallósque vos esse obliuiscamini, quod à virtute vestra plurimum abest, certam à Deo victoriam de hostibus magna parte hèresi contaminatis sperare debetis. Quam si adipiscamini, vt certè quã video vestrum omniumalachritatem omninò confido, à Deo pro pietatis vestræ mercede beatitudinem perpetuam: à patria Gallisque omnibus gratulationes faustissimas: ab omni æternitate gloriam immortalem expectare debetis. Promotis Cæsaribus castris ad bellã crucem transuersas fossas ducunt, quibus tormèta turò ad muros deuoluant: ac peditum signa decem in armis qui oppidanorum incursum prohibeant statuunt: reliquæ copię pone montem ne tormètis quæ in Frás-cisculis, Carmelitarum, Solignianique templorum testudine erant in vrbe collocata offenderentur, confidēt. Guyfa Dux Corneum funalis castrorum præfecti legatum cum nonnullis militibus qui peditum stationē perterrerēt mittit. His conspectis Cæsaribus terga vertunt: ac paulò post Alba Dux copias omnes castris educit: Pontémque Magnium occupare cõstituit. Nemorosus, Castrésque Duces: Carnuus, Rupefocas, Lanquãque cū leuioris armaturæ equitibus oppidò egressi, atque demorati Albam conati repelluntur. Cæsaribus pontis potiti ad Arnoldi cœnobij atque Clementini templi ruinas castra ponunt. Rupefocas, Rendanusque fratres militum manu educta vrbe cum hosti-

Cæsaribus
castra ad
bellam
erucem.

Cæsaribus
ni Gallis
cõspectis
terg
vertunt.

Cæsaribus
ni Ma-
gnio pòte
potiunt,
multis è
suis cæ-
sis, solo d

bus configunt: ac multis cæsis, sed Gobione ceturio-
 ne amisso in oppidum regrediuntur. Brabanso Mariae
 Vngariæ Reginæ legatus in Bellacrutiana castra mit-
 titur, qui ne ea parte annona in oppidum importetur
 prohibeat. Alba ad Campanam portam conuectis tor-
 mētismuros quassabat: cūque res non procederet, duo-
 bus gregariis militibus è Guysonianis, quos iam corrupif-
 set, persuadet magnis pollicitationibus, vt sibi in vrbe
 socios adiungant, aditumque in eam ipsi præbeant.
 Sed cūm ij traducere in partes neminem possent, al-
 ter rem ad Guysam defert: sibi que in Cæsariana ca-
 stra aditum dari demonstrat: & si Guysa permittat,
 assimulata proditione Albam eiusque milites adductu-
 rum ad muros intraque vrbis septa promittit. Ea re per-
 missa adito Alba patefacturum ipsi portas oppidi con-
 firmat. Alba veritus insidias prius è suis præfectis aliquē
 missurum qui rem exploret & de eius sociis cognoscat
 dicit: sed præfecti loco sagacem munitionum inspe-
 ctorem submittit: eique diligenter omnia introspicere
 iubet. Is Guysæ permissu intromissus, atque abire per-
 missus, quod postea in summum periculum multos è
 Cæsarianis adducturus sperabatur, omnibus in vrbe
 vt essent perlustratis, retulit eo loco quò tormenta adi-
 gerentur muro adiunctum aggerem firmissimum, &
 qua murus esset debilior indicauit. Eò confestim tor-
 menta traducuntur: de militibus qui iuxta ab hoste
 atque suis præfectis præmia perfidiæ quæsierant, sup-
 plicium sumitur. Augebatur in dies Cæsaris exercitus:
 ac Albertum Brandeburgum qui viginti millium pe-

Gallis
 Gobione
 ceturio-
 ne amisso.

ditum exercitum: equitum trium millium habebat, eius consiliis fauere apertè, aduertebatur. Eum Claudius Lotharingus Aumallia Dux Guyfa Ducis frater cui non infirma manus equitum attributa fuerat, qua Alberti populationes inhiheret, debellari posse arbitratus, antequàm ad exercitum Cæsar peruenisset, penè inopinantè summa vi aggreditur pridie Nonas Nouembr. fortissimè eius impetum Albertus excipit: & certatur vtrinque magnis viribus. Aumallus in mediam aciem progressus, & perumpere ordines enixus tribus acceptis vulneribus sistitur: & in Alberti potestatem venit. N. Rohanus summæ in Britannia Armorica nobilitatis, Forgeus, Castrius, Conchèsque Barones: & ex Aumallianis multi cadunt: ceteri fuga facta salutem consulunt. Ea parta victoria Albertus Metim à Gallia obsidet diuersis ab Alba Duce castris. Sed Theonuilla profectus Cæsar xij. Gal. Decemb. ad exercitum venit: perductisque ad oppidi mœnia tormentis quorum maximam copiam habebat, murum deiicit. Guyfa cum id futurum iam ante prospexisset, vallum extruere festinabat: quo vallo sui milites vbi euersus murus esset, protegerentur: eiusque incredibili diligentia & multo labore militum eò perductum opus erat, vt quibus locis quassatus murus esset, vallum tormentorum iectus exciperet: atque ex eo oppidani hostium impetum sustinerent. Sub Nouembris exitum ad Ponscamosontem Cæsar in Ecmoranum Comitem mittit: eiusque millia equitum duo magnaque peditum manum attribuit.

Aumallus
Dux cum
Alberto
congressus
tribus ac-
ceptis
vulneri-
bus in Al-
berti po-
testatem
venit.

Cæsar ad
exercitum
venit.

Ponsca-
mosonte
Cæsaria
ni potius
tur.

Ecmontanus recepto in deditioem Ponscamofonte ad Tullum oppidum progreditur, quod à Sclauole regio præfecto tenebatur. Postulanti Ecmontano ut urbem traderet, consilium sese Sclauoles de eo Meti capta dixit sumpturum. Eodem statim Niuernus Dux cum sua cataphractorum equitum turma, ac nonnullis aliis nobilibus sese infert: ac ad muniedum id oppidum rebus omnibus quæ ad propugnationem opus erant, animum intendit, com meatuque in primis qui in vrbe erat exiguus: propterea quòd oppidani ob pestem in oppido grassantem, cibaria fere omnia secum extulerant. Erat difficilimum anni tempus imbrésque propè continui: sed rerum necessariorum abundantia, copiisque omnibus Cæsaris castra circumfluebant: seque incommoda omnia virtute superaturum Cæsar confidebat. Ac quidem expetita ei omnia fuissent, ni virtuti virtus: sedulitati industria repugnassent. Etenim cum murum tormentis subrueret, opposita materia Guyfa Dux hostes propellebat: noctu diuque aggerem extruebat: præter hæc Anguianus, Condus, Rupe subyoque Principes: Nemorosus Dux: N. Fraciscus Lotharingus præfectus Rhodionum equitum Gallicorum Alboeni Marchio ambo Guyfa Ducis fratres: Mōmoræius filius, Damuilla eius frater, Horatius Farnesi Castriæ Dux, Petrus Strossa, Renatus Vindocinus Carnutum præfectus, Rupefocas, Redanus eius frater, Gongorus vrbis præfectus, Martiges cum Baugio fratre: Charnius Nantucliusque Comites ac viri alij pernobiles

Anguianus Condus Rupe subyoque principes Nemorosus Dux: Guyfa: ducis fratres & alij infiniti crebris eruptionibus hostes fatigabant.

atque fortissimi crebris incertisque eruptionibus hostes fatigabant. His rebus atque propter extrema frigora, crebrosque imbres ac niues imminuto debilitatoque magnopere Cæsaris exercitu, cum frequentibus tormentorum ictibus euerfus duobus locis murus esset, & in urbem irrumpere milites Cæsar cohortaretur, minimè audientes fuerunt, réque intentata in castra redierunt. Munitiones verò oppidanorum subruere Cæsar actis cuniculis tentabat: sed repertis alià aquis, alià præduris rupibus in irritum labor cecidit. Cæsar his rebus adductus desperata urbis expugnatione quam tot fortes viri defenderent, Calen. Ianuarij anno à partu Virginis millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio ab oppido abscedit. Carnuus deludi arte hostes qui nouissimum agmen sequerentur posse ratus, noctu naues duas é portu soluit, easque secundo amne ferri finit, vt his ad eam rem quam animo conceperat vteretur: ipse prima luce cum triginta equitibus parique numero peditum vrbe egressus traiecto iis nauibus flumine ad vltiorem ripam peruenit, quæ ab itinere quæ hostes insisterent haud procul aberat: relictisque ad naues peditibus insilit in aliquot hostium carros: quos vt ad naues facilius sibi receptus esset, pro vallo in harum fronte obiebat. Inde occultatis Gallicis insignibus ne agnosceretur, ad equitare ad eos ex hostibus cœpit, qui ab agmine paululùm secessissent. Occurrebant

Cæsar soluta obsidione, re infecta summa cum suorum iactura ab oppido Metensi discedit.

1553.

Carnuus hostes prosequitur & falsa sub imagine ludit: & nonnullis captis eorum demque caris saluatis euadit.

nunc

nunc feni, mox octoni, modo deni Cæsarianorum. Eos tùm Carnus commonere quasi viarum peritus, vti iter ad ripas fluminis haberent: si qui non parebant, vim adhibere, eosque ad naues inuitos perducere. Hac arte fere ad quadringentos de hostibus cepit, eosque nauibus flumen traduxit: ac prosperè succedentibus rebus totum in ea re diem consumere statuebat, ni cum Hispanus quidam miles è numero captiuorum reuocasset. Is permotus Carnutis continentia quòd eum Germano cuidam militi eleganti forma fœminam, quam is suam esse coniugem asseuerauerat, reddere vltro conspexisset, appropinquare equitatum omnem Hispanicum Carnutem præmonuit: conscensi que nauibus Carnus nõ priùs alteram fluminis ripam atigit, quàm in conspectum omne Hispanorum equitum agmen venit. Postquàm exeundi potestas oppidanis datur, ægrotorum greges in castris Cæsaris, & proximis vrbi vicis, villisque reperiunt. Ibi Guysæ Ducis mansuetudo benignitasque claruit. si quidem non modò neminem eorum violari permisit: sed & medicos eis adhibuit, victumque & res necessarias abundanter subministravit, etiam nunciis missis ad Cæsarem tectas naues præbiturum ostendit, si Cæsar pateretur, quibus Theouillam ægroti traducerentur. Cùm è captiuis Guyssa quæretet qui esset interfectorum ad Metim aut eorum qui morbo frigoreue absumpti essent numerus Cæsarianorum, reperiēbat eos esse supra triginti

Guysæ
Ducis in
Cæsaria-
nos egro-
tos huma-
nitas.

Cæsaria-
norum
morte aut
frigore
consum-
ptorum in

oppugna-
tione
Meten-
sium nu-
merus.

millium numerum. Idem die à Cæsaris discessu duo-
decimo ob defensionem urbem supplicationem decer-
nit : ac improbatę legibus religionis libros in publi-
co flammis cremat. Postridie eius diei ciuibus in vr-
bem redeundi potestatem facit: & octauo post die in
Galliam ad Regem reuertitur.



THOMÆ CORMERII ALEN-
conij Rerum HENRICI II. Gallix Regis
gestarum,

Liber quartus.



Um Metim Cæsar oppugnaret
Ruthium magno cum exercitu in Bel-
gicæ Gallix fines misit. Is coniunctis
cum Maria Vngarię Regina copiis
Nouiodunum, Nelam, Chaunium,
Royámque oppida & Follebranum
regiam incendit. Præter hæc Isdinum munitissimum
earum regionum oppidum quod à Genlio Ransa que
defendebatur, rededit in potestatem. Sed postquam
ad recuperandum id oppidum Antonium Borbonem
Vindocinorum Ducem cum lectissimorum militum
copiis esse missum intelligeret, fuga se ad Cæsarem
cum exercitu recepit: ac præsidio in vrbe relicto ei-
dem filium præfecit. Non tulit Vindocini impetum
Ruthius filius, sed cum prostratum bombardarum icti-
bus murum videret, pactus de sua ac militum incolu-
mitate urbem tradidit. ferè ad id tempus Claudius A-
nebas nauticarum rerum Gallix præfectus qui dum

Vrbes in
Picardia
à Cæsari-
anis in-
censæ &
direptæ.

Metis oppugnaretur, cum magno præsidio Feram Picardie oppidum obtinebat, moritur. Eam præfecturam Henricus Rex Gaspari Collignio Castillioni qui antè Gallico peditatui præerat, mandavit. Peditatui verò Gallico Franciscum Collignium Andeloum Gasparis fratrem præposuit. Eodem tempore Henricus Rex ad muniendam Lutetiam animum appulit: de qua re commoniti edicto Præfectus vbi Decurionésque in eam rem annua sex & viginti Franci- cum millia decernunt: eamque pecuniam Parisiensi populo in capita describunt: & sacerdotia cœnobîaque pari iure esse cum cæteris de populo statuunt. Robertus Lenoncurtus Cardinalis Metensium Episcopus, cum ad id oppidum venisset nouum in eo senatû, quod in Episcopi dominio atque ditione Metim esse diceret, instituit, in eumque sacerdotes complures asciuit. Est in Belgica Gallia inter Peronam & Balpamam oppida Carlusum castellum, quod à quadringentis Annoniis militibus tenebatur. Eò Gallus quidam miles è Peronensi præsidio solum vertere ob cœdem coactus transfugerat, & in intimam præsidiariorum familiaritatem venerat. Is repetendæ patriæ studio inductus Peronensi præfecto promittit sese in eo castello Gallos intromissurum, si de salute ac criminum abolitione præfectus fidem interponat. Ea re promissa Galli tempore constituto intromissi Annonios omnes interficiunt. Carolus Cæsar exercitu in Flandria comparato Ruthium patrem illi præposuit, ac magnopere animi discruciabatur Metensem oppugnationem tam infœ-

Pecunia
adunié
dâ Lute-
tiam de-
creta quo
tannis.

Carlusâ
castellum
ex infi-
lidus ca-
ptum.

liciter cessisse, sic ut famę detrimentum inde acceptum
 omni ratione sarcire animo proponeret. At Teroanę
 multũ Henricus Rex metuebat: cuius oppidi præfe-
 ctura Villebo etatis excusatione paulò ante sese abdi-
 carat: & quam Lossi deinde Hessio Espanuillero Rex
 attribuerat. Eò Franciscus Mommorantius Annę Ma-
 gistri equitum filius, Piennes, Baudina, aliique viri per-
 nobiles complures celeriter concedunt. Deducto ad
 id oppidum à Binacurtò qui Ruthio successerat exer-
 citu dum is tormenta promouet, Hessius emissis oppi-
 do militibus qui prohiberent in fugam magnam mul-
 tudinẽ vertit: & quinquaginta ex eo numero qui tur-
 piores morte fugam existimarent ausos resistere in-
 terimit. Erat infirmius id oppidum, quàm ut tãti exer-
 citus vim posset sustinere, magnaque in eo erat omnis
 com meatus inopia rerũque ceterarum quę susten-
 tandę oppugnationi sunt necessaria. Sed operã egre-
 giẽ nauare Henrico Regi præfecti cupiebant, adeo ut
 deiecto multis locis muro fortissimè tamen resistere-
 tur. Ibi Hessius, Piennes, & nonnulli ex illustrioribus
 dum magno rem animo curant tormentis icti cadunt.
 Mommorantius post Hessij mortem suscepto in vrbe
 imperio nihil diligentię atque virtuti remittebat: op-
 pidique infirmitatem fortitudine confirmabat. Anto-
 nius Vindocinorum Dux Picardię prouincię præses
 succurrere omninò inopię oppidanorum constituit &
 primò Grillam cum centum sclopetariis equitibus
 deinde Sanromanum Breillumque cum quadringen-
 tis eò mittit, quibus tãtum tormentarij pulueris com-

Cæsaria-
 ni Teroa-
 nam ob-
 sident.

portandum datur, quātum portari commodē à singulis equitibus posset. Ii summa audacia transgressi per Hispanorū stationes ab oppidanis magna læticia sunt accepti. Sed cū euerso latissimè muro nihil in vrbe tutum esset, & domorum ruinis concursūque hostium infinita multitudo caderet: & suffossis muris vallōque à Cæsarianis oppletæ saxis atque humo egesta fossæ in magnam longitudinem fuissent, deque deditioe agi ceptaret, in oppidum Cæsariani irrumpunt. Mommorantius pugnando fessus capitur ac cum eo vnà Martiges, Dampetra, aliique nonnulli nobiles. Martiges, Dampetrāque cū in gregariorum quorundam militum manus à quibus non essent agniti incidissent, paruo pretio incolumitatem libertatemque redemēre. Nostri militibus qui primum impetum euassissent parci Binacurtus iubet: & præda militi concessa Teroanam funditū euerti. Eò quòd tota uicinia maximo odio Teroanenses prosequeretur: propterea quòd cū circumiectus omnis ager in Cæsaris esset possessione, tamē id oppidum à Gallis tenebatur, & de eo sæpe magno detrimento finitimę regionis certatū fuisset, vndique è Flandria Artifiāque multitudo cōuenit, ædificiāque omnia solo adæquauit. Ex eo loco discedēs quisque lapidū ceteræque materiæ frustra domū cōportabat, quò suū in dirruēdo oppido studiū iis qui domi manserāt, ostentaret: ac vix post mensem eo locorum vllum oppidi aut domorum vestigium extabat. Id accidit ineunte Iulio mēse. Dum hæc ad Teroanam gererentur, qui in Cameracensi arce præsidio erāt

Teroana
capta à
Cæsaria-
nis fun-
ditus
eueritur.

milites multorum mensium stipendium deberi à Cæsare causantes eruptione facta Cameracensium bona rapuere, & in arcem illico reuertere. Binacurtus tãetsi rem ad Teroanam fortissimè simul & foelicissimè gessisset, tamen aulicis in inuidiam venit, qua de causa Cæsar Emmanuelè Sabaudiaë Principem copiis præposuit, cum affectam ipse ætatem infelicitatis damnaret, ac experiri velle familiaribus colloquiis cum suis intimis dictitaret, num Emmanuelis adolescentiæ fortuna senescenti sibi aduersa magis arrideret. Is ad exercitum profectus Montolium oppidum statuebat oppugnare, captoque eo Bononientes Ardeanosque com meatibus interclusurum esse prouidebat: sic vt ad annonam importandam iusto exercitu deinceps opus foret. Id ne fieret magnopere præcauendum Vindocinus Dux estimabat: qua de causa sex peditum, equitum vero duo millia eodem deducit. Ea re cognita Emmanuel mutato consilio Isdinum cum exercitu contendit, quod in oppidum Robertus Marcius Bullio Dux tribunus militaris præesse ab Henrico Rege iussus ac cum eo Horatius Farnesius Castriæ Dux, Villarius Comes, Dampetra, Matigno, Placia, aliique fortes viri sese inferunt. Haud magno negotio oppidum omninò infirmum in potestatem hostium venit, eodemque momẽtõ temporis omne præsidiũ in arcem confugit. Eius arcis muros Cæsariani tormentis quassant cuniculisque perfodiunt. Cum in accipiti res esset, de conditionibus quibus eam Bullio

traderet agi cœptabat, quam ad rem Emmanuel faciliorem se præbebat, quod Henricum Regem manum cogere summa diligentia intelligebat. Et iam propè conuenerat cum casu scintilla ignis, quem sacrificulus quidam circūferebat, in oppidanorum tormentarium puluerem & fomenta ignea propugnandi causa comparata excidit eaque absumpsit: itémque de industria ignis in tormentarij pulueris aridæque materiæ copiã in cuniculis immissus à militibus Cæsarianis qui de cõpositione agi prædãque fraudari agrè admodum ferebant, murum vallúmque subuertit: atque Horatium Farnesium Castriæ Ducem, Martigem, Dampetrãque absorpsit. Irrumpentibus tum hostibus Bullio, Rio præfectus oppidi, Villarius, Matigno, ac magnus illustrium virorum, aliorúmque numerus capiuntur. Bullio cum in conspectum Emmanuelis venisset multũ est ei questus eo articulo temporis quo de conditionibus agebatur in arcem tum indiligentiũs custoditam irruisse. Id fuit decimo quinto Calẽd. Aug. Emmanuel quod id oppidum sæpius captum receptúmque abhinc annos triginta reputaret, nec fere quẽquam aggressum illud quin expugnasset, dirui quemadmodum de Teroa na ante statuerat iussit. Maria tum Vngariæ Regina in Campaniam cum expeditis copijs excurrit & fere ad quadraginta vicos flammis cremat. Henricus Rex maximis coactis copijs ad Ambianũ Annã Mõmorantiũ dũ cætera cõpararet præmittit. Is pridie Aug. Idus flumen Ararim exercitum traduxit: & delecto loco ad insidias aptissimo, eo Sensacem cum Condo Principe,

Idem iteratò à Cæsarianis capitur, & eueritur.

Maria Regina in Campania depopulatur fere ad 40. vicos.

Alboëuio Marchione, Damuilla, Rendano, aliis nobilissimis viris mittit: eosdémque dum ad hostem appropinquarent recedere, hostésque ad insidias allicere præcipit. Multi ex his dum fugam assimulant acriterque Cæsariani instant, capiuntur. Sed ex insidiis euolans Mommorantius captiuos recipit: & cum hostibus cōgressus magnam eorum cædem facit, reliquósque in fugam compellit. Ascotius Dux rebus desperatis cum agricola veste commutata capitur & ad Vincennas castellum quod est ad Lutetiam custodiendus mittitur. In eo congressu cæsi è Cæsarianis sexcenti feruntur: in quibus fuit Espinous Comes: capti ad quingentos. Paucissimi è nostris sunt desiderati. Canaplem tamen filiū ac Rupeguidum Cæsariani captos abduxêre. Henricus vbi ad exercitum venisset in quo ab Heluetiis subsidia missa fuêre, tum etiam viginti Germanorum peditum signa à Rhenigrauiō & Reifergo perductorum: item Scoti ad millium quingentorum numerum loco opportuno non longè ab Ambiano oppido castra ponit, eaque muniri diligenter curat. Idem præfectos suos qui quinquagenis cataphractis equitibus præessent quinos & vicanos sclopetarios equites sibi adiungere præcepit. Inde paulò post Balmamam exercitum deducit. Oppidani paulò ultra portas progressi cum nostris pugnant. Rex oppidi inspecto situ quod id propter anni tempestatem crebrósque imbres expugnari posse diffidoret, oppugnandum non statuit. Sed totis confugere copiis cum Cæsariano exercitu cui Emma-

Cæsarianorum fuga.

Ascotius dux captus à Gallis, Vincennas custodiendus mittitur.

Espinous Comes cū sexcentis cæsus.

Emmanuel Cæsaris legatus.

procul ab exercitu erat Cæsar maximopere cupiebat, &
 hostiles agros latè vastabat: idémque hac illacque quasi
 oppidum Cæsarianum aliquod oppugnaturus exerci-
 tum circumducebat, quod ea de causa faciebat, vt mit-
 tendis varia in loca præfidiis Cæsarianus exercitus ex-
 tenuaretur. Tandem ad Cameracum profectus aciem
 ad portas vrbis instruit & per tubicinem Cameracen-
 ses admonet vt qui suis olim legibus vixissent & à
 Carolo Cæsare exædificata in vrbe arce in potestatem
 eius atque seruitutem redacti essent, per opportunitatē
 Gallici exercitus pristinam libertatem recuperarent.
 Quod si ea in vrbe Cæsar iuris sibi aliquid vindicaret
 de eo armis decerni nunc posse: eiusque se rei facere
 Cæsari potestatem: Cameracenses biduum ad eam rē
 deliberandam petunt. Ea re permessa exercitum Henri-
 cus ab vrbe remouit. Cameracenses postquam Cæsare
 de his quæ Henricus proposuerat fecissent certio-
 rem, Bossium, Ruthium, Brabantionem, Hericurtum cum
 mille equitibus, peditum octo millibus ad eos misit, ac
 Emmanuelem Sabaudum quibuscunque rebus posset
 eis auxilio esse imperauit. Exactis iis diebus quos ad
 deliberandum Cameracenses poposcerant, Cæsariani
 oppido egressi non multò longiùs quàm quo adigi
 tormenta è muris poterant, progrediuntur. Nostri tam
 iniquum pugnaadi locum subire ausi in oppidū om-
 nes repellunt & Madrucium Pondeuallémque Comi-
 tes, Strelonemque Cæsarianorum tormentorum præfe-
 ctum capiunt. Interim dum ea quæ ad oppugnationē
 pertinebant Henricus parat, & viginti tormēta mura-

Henricus
 aciem ad
 Cameraci
 portas
 instruit.

Camera-
 censium
 ad Hen-
 ricū re-
 sponsum.

Nonnulli
 è Cæsari-
 anis
 capti.

lia ad Cameracum Perona aduehuntur, magna Cæsarianorum multitudo cum nostris confligit Ibi Bressa prætorianorum militum Gallicorum præfectus, & Cæsarianorum cæterorumque Gallorum equus fere numerus occiditur. Henricus relicta oppugnatione in eam partem ire ubi Cæsarianus exercitus confederat statuit, & ad Cābresiū castellū castra ponit. Dū eò proficiscitur duo castella haud longè à Cameraco constructa statuit expugnare. Vnum eorum vacuum defensoribus est repertum, ac se eos in specus acuniculos quosdam recepisse nostri comperere. Cū in alterum tormenta emissa fuissent, castellum tradere paratos castellani significarunt. Sed nostri eodem temporis vestigio cū irrupissent, eos ad vnum omnes occidere. Prætorium verò Cameracensis Episcopi cū incensurus Henricus Rex existimaretur, vt ea re iniuriam à Maria Vngariæ Regina Cæsaris sorore quæ Follebranum egregiam Henrici regiam exciderat, vindicaret, conseruari iussit. Cū ad longum mane lux esset propter pruinas obscurior, Cæsariani Anglorum equitum turmam è Gallicis castris longiùs euagatam intercipiunt ac delent: vnum modò qui hæc Gallis renunciaret dimittunt. Henricus noctu eductis copiis, ac paucis militibus in iis custodiæ causa relictis ad Valencenas oppidum cui coniuncta castra Emmanuel Sabaudus habebat egregiè vallo fossaque munita, cum exercitu proficiscitur & multam diei partem pro castris Emmanuelis aciem instructam habuit, vt si is prælio vellet con-

Cābresiū
castellū.

Prætoriū,
Cameracensis
episcopi
Henricus
iubet cōseruari.

Anglorū
quorūdā
interne-
cio.
Henricus
Emmanueli, si vellet, pug-
nandi
effert pō-
testatem.

tendere ei potestas non deesset. Emmanuel cum suis castris ad noctem continuisset nec nisi paucos egredi eosdemque subinde regredi, nec præterquam leuioribus equestribus præliis confligere permisisset, in quibus Genlius à Gallis est occisus: in interiorem Galliam extremo Septembri Henricus exercitum reducit, & Heluetiorum auxilia domum dimittit. Andræanum Tribunum militarem cum manu equitum ac Germanicis auxiliis excurrere in hostilem regionem iubet. Is in Paulino Pontiuensique Comitatus, Morinis, Artisiæque agros vastauit & eorum populorum vicos villasque incendiis in conspectu pene Cæsariani exercitus deformauit: ad hæc Pernesum castellum expugnauit. Tunc quoque cum Iularsi oppidi incolæ ad nouemdecim signa Hispanorum recipere in oppidum recusassent, ne suæ ab iis facultates diriperentur sicuti suis proximis vicinis accidisse meminerant, Carnuus cui partem exercitus Andræanus permiserat, cum Hispanis qui castra ad oppidum habebant dimicauit, multosque ex iis interfecit. Dum hæc agerentur Bordillo in Campania prouincia ad Malberfontanium binas equitum hostilium turmas, duosque peditum signa profligauit. Excunte Octobri exercitus Andræanus partim est dimissus partim in præsidiis collocatus. Germani ad Auchium oppidum in Morinis quam regionem Rex dono Rhenigrauius dederat, hyemare sunt iussi. Eodem tempore quo hæc in Gallia finibus bella Henricus gerit, in Italia quæ nunc commemorabimus, actitabatur. Carolus Cæsar Senenses Henrici ope restitutos liber-

Pernesu
castellu
à Gallis
expugna-
tum.

Bina ho-
stiliu
equitum
turma à
Gallis
profliga-
ta in Ca-
pania.

tati, præsidiumque Hispanorum vrbe deiectum turpiter, atque arcem quam ibi constituisset euersam iniquissimo animo ferebat. Ea de causa Petrum Toledam Neapolis Proregem exercitum comparare, Senasque perducere imperavit. Toleda eò libentius rem suscepit, quòd Cosmus Medices Florentiæ Dux qui Senensis ciuitatis occupandæ author Cæsari fuisset, Leonorã filiam in matrimonio habebat. Igitur huius anni de quo dicimus ingressu cum exercitu Toleda Florentiã venit: paucosque in vrbe dies commoratus morbo corripitur, atque moritur. Sed Garfias filius accepta cura exercitus antequam Senas concederet, trecentis assumptis comitibus quorum centeni fusco oloferico, totidem albo, par numerus croceo vestiebantur Romã contendit, atque vbi ad Iulij III. Pontificis Max. pedes prouolutus illis religiosissimè osculum tulisset, ad exercitum rediit: eidemque quatuor peditum millia à Fernando Gonzagua qui tum Damianium oppidum Subalpinæ regionis oppugnabat missa sese coniungunt. præterea Neapoli nauibus Liburnum appulere duo millia peditum Hispanorum. Ad hæc Ascanius Corneus Perusij cum tribus peditum millibus qui comitatu Senenses prohiberet. Iam tùm Cæsariani Montefelonicum castellum quod à Sertorio Tiena Vincentino tenebatur, & qui fortissimè diu propugnauerat, in potestatem redegerant: præterea Asinamlongam, Turritum, Lucignanumque oppida infirmiora ac Monticellum oppugnare semel atque iterum erant aggressi, in quo cum præsidio relictus Antonius Bal-

Petrus
Toleda
iussu Cæsaris exercitum comparat Senasque pergit, sed, ita deo volente Florentiæ moritur.

Nonnulla
castella &
oppida à
Cæsarianis
capta.

neo erat, cùm Garfias Toleda atque Corneus eòdem cum omnibus copiis peruenêre, quod fuit xix Calend. Apr. Balneo tanti exercitus impetum duos & viginti dies magno constantique animo sustinuit. Senes iam ante & tum accuratiùs urbem muniabant, nec labori ulli ea in re parcebant. ipsæ etiam fœminæ participare laborem voluêre: ac coactæ ad trium millium numerum præfectas sibi Fortemguerram, Picolhomiã, Liuiamque Faustam delegêre. Dum hæc agebantur Cornelius Bentiuola vnà cum Alexandro Ternio & Gallicis aliquot equitum turmis ad Maremaniam octingentos Germanos pedites interceptit, eorùmque magnam partem concidit: reliquos Grossetum perduxit: quorum opera in muniendo eo castello aliquandiu vsus est: operasque ab iis seuerè exegit. Cùm resistere Cæsarianis diutiùs Monticellenses non possent, vt abire incolumibus liceret cùm iis rebus quas exportare possent postulabant: eorùmque postulata Corneus Balneonis consanguineus probabat. Hispani, Germanique clades ad oppidum receptas, eademque Maremanianam commemorare, & prædandum oppidum deposcere. Oppidani necessitate omni circumuenti, tamen vt in extremis rebus fortissimè pugnauêre. Sed magna parte interfecta, reliqui in potestatem venêre, vrbsque direpta est. Relictis in ea defensoribus Montem Alcinoum oppugnare Toleda aggreditur. Erat ibi præsidio Iordanes Virfinus & Moretus Calaber, Camillusque Martinengus. Paschali- bus in castellum tormenta & in Franciscæ cœnobium

Senes
suam
urbem
summa
cum dili-
gentia
muniunt.
Mulieres
sibi alias
præfectas
deligunt.

Germa-
norum
strages.

Monti-
cellenses
capiun-
tur & co-
rum vrbs
diripitur.

emitti incipiunt, ac eorum vno die emissorum septingenti ictus numerantur. Oppidani acriter resistebant crebrisque eruptionibus Cæsarianos vexabant. Senenses Montagnam Gaionemque centuriones vnâ cum centum peditibus qui millia aureorum quinque Montem Alcinoum deferrent, vnde stipendia defensoribus exoluerentur, occultò mittunt. Hi tametsi noctu iter facerent in Cæsarianos incidunt: ac partim interficiuntur, partim capiuntur omnes. Calaber oppido egressus cum qui Toledæ erat ab epistolis capit: ab eòque exprimit Iulium Saluum præfectum vrbi Senensium, fratremque eius habere cù Toleda occulta cõsilia, deque Senis cum illo pepigisse. Vbi sua consilia patefacta Toleda intellexit, & Turcicas copias Neapolitani regni Siciliaeque oras populari multorum sermone & literis cognoscit, Neapolim exercitum reducit. Hæricus Rex vt in Italia pacatior res esse videt, iis copiis quas in ea regione habuit Corsicam Ligurum insulam statuit redigere in potestatem. Id ea ratione fecit, quòd suis maioribus quondam Ligures ciuitatis imperium detulisse compertum habebat. Etenim anno à salute humano generi restituta millesimo trecentesimo nonagesimo sexto Ligures cùm durum & crudele Antonij Adurnij Ducis sui imperium ferre non possent, Damianum Cataneum Iureconsultum, & cum eo vnâ Petrum Persium legatos ad Carolum vj. Gallia Regem misere, qui Liguriæ præesse eum ac subiectis sibi nationibus postularent: hisque cõditionibus Carolus imperium Ligurum suscepit, vt Præsidi in ea prouincia ha-

Toleda
Montem
Alcinoum
oppu-
gnat.

Toleda
Neapolim
exercitum
reducit.

Ligures
se suaque
ciuitate
Gallorum
ditioni
olim tra-
diderunt,
sub certis
conditionibus
hic
appositis.

biturum promitteret, qui in publicis conuentibus bina
suffragia sicuti eorum Duces consueuissent, ferret. Re-
ges præterea Galliæ nouis vectigalibus ciuitatem mi-
nimè vnquàm oppressuros sanxit. amicorum verò at-
que inimicorum loco Ligures sese habituros eosdem
quos Galliæ Reges iurauère: tantummodò vt inuiola-
ta fœdera manerent quæ ipsis cum Græciæ Imperato-
ribus, Cyprique Regibus intercederent, excepère. Re-
gi arces decem portusue in quibus præsidia collocaret
permiserunt, hisque legibus Ligures perpetuò Galliæ
Regum in fide sese futuros sanxerunt: atque hæc Adur-
nius Dux ipse confirmauit, seque publicè Ducatu ab-
dicauit. Artamen cum ob dissentionem atque simul-
tates Aureliæ Burgundiæque Ducum inter se Gallia
magnopere infecuto tempore esset conturbata & Li-
gures quoque factionibus agitantur, sese ij Galliæ
Regum imperio subdlexerant: vsque dum Lodoicus
xij. Galliæ Rex Lodoico Sfortiæ Insubriæ imperium
auferret: quo tempore Ligures Mediolanum ad Lo-
doicum Regem quatuor & viginti è Principibus ciui-
tatis legarunt qui se in Regis fidem recipi postularent.
Iis cum Lodoicus esset absensus Philippum Cleuem
Præsidem Genuam misit, ac demum eòdem ipse con-
cessit: dièsque in vrbe octo moratus postea per octen-
nium Liguriæ res administrauit. Sed cum facta coniu-
ratione Ligures Paulum Nouium pollinctorem Du-
cem creassent, comparato Lodoicus exercitu, eoque
perducto Genuam Ligures pacauit: & sumpto de No-
uio supplicio Genuæ castellum coercendæ multitudi-
nis

Philipp' Cleuius a Lodoico Rege Genuæ præses effici- tur.
Ligures crebris se- ditionib' agitatur.

nis causa edificauit quod Ligures postea per seditionē
 diruere. Anno verò post Christi natalem millesimo
 quingentesimo decimo quinto Octauianus Fregosius
 Liguriæ Dux abrogata sibi potestate Ligurum impe-
 rium Francisco Regi restituit: ac ad Ticinensem vsque
 pugnam Franciscus Liguriam obtinuit: quo tempore
 cum in Italia Gallis aduersissima omnia fuissent, ite-
 rum Ligures defecere. Hæc Henricus ab annalibus
 memoria repetens gloriosum sibi existimauit, si pare-
 re conuentis Ligures cogeret, suæque potestati subiun-
 garet. Tum temporis opportunè cecidit, vt Dragutus
 Ræsus cui classem Solymanus Turcorum Imperator
 attribuerat, Ligures omni ratione vexare statueret, se-
 seque Solymani voluntate Gallicis copiis coniunge-
 ret. Is iam olim odium in Ligures capitale conceperat,
 quod ab iis captus semitonsa barba in publicum esset
 productus. Termes Regis in Italia legatus rebus quam-
 optimè potuit in Senensi ciuitate constitutis vnà cum
 Paulino Garda Barone rei nauticæ peritissimo Italo-
 rum signa vndecim quibus Somma Dux præerat,
 sex Gallorum quibus Vallero, nauibus imponit: atque
 cum his copiis Augusti exitu in Corsicam appellat.
 Somma Dux cum quatuor nauibus Bastiam præmis-
 sus noctu de tertia vigilia magno silentio suos in con-
 tinentem exposuit: & inopinantes oppidanos aggressus
 maximo metu perculit: sed vsque dum illucesceret
 vim nostrorum totam noctem fortiter sustentarunt.
 Verùm cum è nauibus emitti mane tormēta cepissent,
 de deditiōe velle pacisci significant: atque à Termes

Ligures
 à Gallorū
 fide ob-
 res in
 Italia in-
 feliciter
 gestas de-
 fecere.

Termes
 Regis in
 Italia le-
 gatus cū
 exercitu
 in Cor-
 sicā ap-
 pellit.

Sub certis conditionibus Bastianenses in Gallorū potestate veniunt

Florētianū oppidū expugnatur

Glassa oppidum à Corsicis militibus permisso Termetis diripitur.

Dragutus Rex Turcorū prefectus Bonifacium oppidū oppugnat.

Ligures armati Bonifacio excidunt, & Henrico se oppidani permittunt.

te qui tum adueniebat, Sommaque Duce impetrant, ut cum armis suisque rebus quas portare secum possent, abire concederetur. Eo die Termes in oppidum cum nobilitate atque familia ingressus inde postridie Florentianum, quod oppidum à Bastia nouem passuum millia abest & quod tum temporis erat infirmius, cum exercitu proficiscitur: idque expugnat: & perspecta loci opportunitate qui portum haberet egregium, muniti diligentissimè precipit. Hinc Petrum Corsicum cum parte peditatus Glassam oppugnatum mittit. Expugnatum id oppidum Corsicis militibus qui se Gallis coniunxerant erantque Liguribus propter dura sauaque eorum imperia infestissimi diripiendum Termes, quo sibi totam eam regionem magis deuinciret, praeiuit. Dum haec ab eo gererentur Bonifacium oppidum Dragutus Ræsus oppugnabat. Id erat Corsicae prouinciae oppidorum munitissimum, & Ligures acerrimè Turcis resistebant. Sed Nazius Prouincialis militum praefectus quem Ræso Termes attribuerat, facta colloquendi potestate quanto in discrimine essent oppidani, quasque à Turcis iniurias si vrbs expugnaretur esset accepturi, ostendit: iisq; ut oppidum Hérico Regi permetteret, à cuius praefectis de sua salute ac rerum suarum possidet impetrare persuasit. Cum Ligures armati Bonifacio excederet, Turcus miles è praetorianis quos Ianifferos vocant tormentum manuale eleganter fabrefactum quod à Ligure milite gestabatur conspectum ita concupiuit, ut contra deditiois legem per vim eripere conaretur. Ligure emissa tormento plubea pila Turcum à quo iniuriam acci-

peret, atque alterum item propiorem necat. Cæteri tū prætoriani magnam Ligurum cædem fecere: de quo vt Nazius fuit admonitus ac prohibere ab iniuria oppidanos conatur, ingruentibus prætorianis Ræsi interuentu incolumis vix euadit. Ræsus cū hyems aduentaret Constantinopolim cum suis reuertitur. Paulinus Gallico peditatu in naues immisso Caluium petit: idque oppidum acriter obsistentibus oppidanis toto Septēbri, Octobrique oppugnauit. Eò Andræas Doria Cæsarianæ classis præfectus interim dum copias parat quas in Corsicam transportet, quadringentos Hispanos milites nauibus impositos mittit. Oppidani veriti ne se annona deficeret, minimè eos recipiunt. Paucis post diebus Doria cum exercitu in quo peditum millia decē, equites quadringenti fuere, eodem appellit. Paulinus relicta oppugnatione in rupes quasdam inaccessas haud ita procul ab vrbe profugit. Inde Florentianum versus quod tentare Doria constituerat redit. Ineunte Nouēbri mēse Doria oppugnationem eius oppidi aggressus quod à Iordane Ursino cui mille quingenti milites parebāt cōstāter magnōq; animo defendebatur, vix tandē post tres mēses extrema fame cōfectos oppidanos cōpellere potuit, vt de salute fide à se interposita tradere oppidū vellēt. Sed cū permitti omninò sibi Bernardinū Corsicū, eiusq; milites, atq; excludi deditiois Legib' Doria sūma cōtētione postularet, Bernardin' ea nocte quæ eū diē antecessit quo die Ursinū incolumē cum suis abire conuenerat, cū triginta è militibus quos extremis atque desperatis reb' egregio animo vt essent

Ræsus
Constantinopolim reuertitur.
Paulinus Caluium oppidum oppugnat.
Andræas Doria Cæsarianæ classis præfectus.

Ursino
Doria
oppugnat

Florentiani fame cōfecti Doria se permittunt.

Bernardinus & suorum audacia.

atque in virtute spem salutis omnem ponerent erat cohortatus, tamen si per medium hostium agmen esset penetrandum, ita feliciter rem gessit ut primæ stationis vigilibus occisis priusquã fere cæteri eius rei quicquam sensissent, ad secundam stationem peruenerit: ac aperta ferro via ad tertiam vsque peruaserit: è qua hostium magna facta strage tandem incolumis cum maxima suorum parte in Termetana castra sese proripuit. Ea sex passuum millia à Florentiano aberant ad Petrianum vicum, quò vnde quaque difficillimus erat aditus: multaque inde incommoda pro opportunitate Dorianis Termes intulit, & quibus rebus potuit oppidanis sæpe succurrit. At cum importandi commeatus causa Ioannem Turrinium cum nonnullis militibus eò misisset, is ab imprudente milite è suis plumbeo globulo ictus occubuit. Ea res tamen si per imprudentiam esset admissa, tantæ præsentis cæde eius militis vindicata est. Interim dum Florétianum Doria oppugnabat, militum partem ad Bastiam misit: quibus quinquaginta Galli milites præsidio ibirelictis fortissimè dies multos repugnauère: tandemque incolumes ut abirent impetrauère. Dum id fit eorum perspecta paucitate atque inde succensi ita Doriani vix à præfectis quin eos omnes necarent cohiberi potuerunt. Expugnato Florentiano Doria multum exercitum partim cædibus partim morbis è frigore contractis imminuto è Corsica enauigauit. Termes Glassam in hyberna concessit. Sed in Germania Albertus Brádeburgus, vbi post Cæsaris à Meti discessum egens pecunia exercitum per

Bastia à
Dorianis
expugnatur.

varias Germaniæ partes deductum prædas ubique a-
gere diutiùs permisisset: simul ab oppidis infirmiori-
bus magnum argenti pondus exegisset: idémque Mau-
ricio Saxoni de Passauiensi fœdere offensus atrociam
minaretur, Mauricium tandem permouit atque cum
eo vnà pleròsque Germaniæ Episcopos ac Principes,
quorù agros atque oppida Albertus vexauerat, vt exer-
citus contra eum compararent. Ij cum Alberto acie
congressi magnam eius copiarum partem concidère:
atque in fugam eundem coniecère. Prostrate eo prælio
feruntur Alberti vires, sic vt eas reparare seque erigere
post id locorum facultas ei defuerit. Sed ictus in præ-
lio plumbea glande Mauricius triduo post fato con-
cessit. Id prælium ad vij Iulij Idus conmissum est. Pau-
lò ante id tempus in curia Parisiensi recitata lex fuerat
qua domuù hortarumue vrbanoꝝ vectigalium pos-
sessoribus vectigalis redimendi potestas fiebat: ac præ-
tium pro sorte definiebatur quod vicensimum annorù
fructus pensionésue eam adæquarent. Mox legi inter-
pretatio addita ne vectigalia granorum viniue & alia-
rum rerum quàm pecuniæ redempticia censerentur. fe-
re ad id tempus Martialis Alba, Petrus Scriptor, Ber-
nardus Seguinus, Carolus faber, & Petrus Nauiheres
oriundi omnes è Gallia & qui publico Bernatum sum-
ptu operam literis Lausanæ multos annos dederant,
propagandæque religionis eius causa quam Bernates
colunt, & quæ regis legibus in Gallia erat damnata
summissi in eam fuerant, Lugduni comprehensi ante-
quàm eius rei quicquam egissent, igni cremantur: nec

Principes
Germaniæ in
Brandenburgum
copias parat & co-
latis in eum
signis Alberti vi-
res prostrata sūt
sed Mauricius
fato triduo
post concessit.

Nōnulli
hæretici
Iuterani
Lugduni
igne consumpti
sunt.

vt iis parceretur impetrare Bernates à Rege potuerunt. Ad Octobris exitum Michaël Seruetus Hispanus qui Arrianam hæresim in Gallia Heluctiis que renouabat, deque ea re libros septem euulgauer, at quos de erroribus Trinitatis errabundus ipse inscripserat, Genueæ igne torretur. Eodem tempore Brisflax Subalpinæ regionis Præses Vercellas per insidias cepit, oppidóque præsidium Hispanorū eiecit: sed quòd Mediolano ea vrbs propius aberat, vbi magna præsidia habere Cæsar solebat, ac Gonzaguam Insubriæ Præsidentem eò aduentare fama nunciis que ferebatur, direptis Versellensium rebus magna cum præda Taurinum est regressus. Iam tū Eduardus vj. Angliæ Rex phatysi diu conflictatus animam efflauerat annos natus sexdecim. Is exhæredatis Maria Elyzabethá que sororibus quarum vtriusque diuersa de causa cum eadem matre non essent, damnati natales Angliæ totius conuentu fuerant, testamēto de sententia Principum Angliæ cōfecto Annã Sulfociam consobrinam hæredem instituerat & sibi quæ in regnū succederet designarat. Eam Ioannes Dudlæus Northūbelliæ Dux qui sublato Edoardo Semero Sombressio Duce, summa in Anglis autoritate polebat, Guylfordo Dudlæo filio, cum iam morbo Eduardus teneretur, ad spẽ regni eloçauerat: eadẽque post Eduardi mortẽ paucissimos dies regnū obtinuit. Nã in Norfolciam prouinciã Maria profecta sese pro Regina gerere: copias vndique accersere, prærogatiuã ætatis, regiũque matris ab Arragoniis ortæ stẽma cõmemorare: quibus reb' ad suas partes traductis Principib', populóque Sul-

Seruetus
Genueæ
igne tor-
retur.

Versellẽ-
sium res
direptæ
à Gallis.

Eduardus
Angliæ
Rex phatysi
mori-
tur.

Maria
Angliæ
regnum
obtinet.

fociam de gradu deiicit: ipsaque Angliæ Regnum capescit. Ea cum Londinum Angliæ metropolim venisset Thomam Norfolciæ Ducem Stephanū Gardinerū Vintonensem N.

Londinū
Angliæ
Metro-
polis.

Dulmensē Episcopos & Culbertum Tonstalum qui in Londinensi turri custodiebantur educit, bonisque ac honoribus restituit. Vintonensem præterea Episcopum regiis sigillis præficit. Carolus Imperator eam quæ consobrina esset plurimum literis ac nunciis missis erat hortatus, ne quid in religione nouo in regno immutaret. magnis suis incommodis expertum id sine magno discrimine fieri non posse. adhæc ne exteri Principis nuptias appeteret commonefecisse eam ferunt. Illa maiorum religionis ardens studio ac à Ioanne Viue olim edocta literas contra Caroli consilium statim Pontificios Ecclesiæ Romanæ ritus reuocauit, exterisque qui diuersam religionis rationem sectarentur Anglia vt excederent imperauit: Anglis si qui pertinacius resisterent, ignis supplicium proposuit. Diuortium Henrici viij. Regis patris cum Catharina Arragonia matre olim factum quod ea Arturo fratri ante adeptum ab Henrico regnum nupisset, Anglico concilio authore factum rescindi ab eodem conuentu curat: & vt Philippo Caroli Cæsaris filio nubere possit, impetrat. Ei rei cum Henricus Graius Sulfociæ Dux Ianæ ob appetitum regnum supplicio destinatæ pater, Thomásque Viatus ob sistere, manumque popularium cogere ausi essent, Thomas Norforcæ Dux cum exercitu à Maria Regina qui ei resisterent mittitur: statimque ab exercitu deseritur.

Maria
pōtificios
Ecclesiæ
Rom. ri-
tus re-
uocat.

Nonnulli
Angliæ
principes
securi
percussit.

Hic ap-
ponuntur
Nuptia-
les condi-
tiones
quibus
Maria
Angliæ
Regina
Philippo
Cæsaris
filio nu-
psit.

Scribæ ab
Henrico
constitu-
ti.

Sed reconciliatis graui disertaque oratione Londinen-
sibus Regina eorum ope per Norforcium Ducem Pe-
nebrustumque Comitem Sulfocium, Viatumque ce-
pit: eosque ac Sulfociam quæ erat Regina appellata,
Guylfortum Dudlaum eius coniugem, Northum-
belli Ducem Guylforti patrem, ac duos præterea alios
è Northumbelli liberis, Thomam Palmium & alios
nobiles complures securi percussit. Nuptiales verò ta-
bulæ Philippi Hispaniæ Principis per Admiralem Ec-
montanum Comitem re ad concilium Anglicum re-
lata paulò post in hanc sententiam confectæ sunt. An-
gliæ, Flandriæque ac finitimæ regionis imperium li-
beris Philippi cui iam tum Carolus è Maria Ioannis
III. Lusitaniæ Regis filia erat natus, si qui ex Maria
nascantur defertur. Præfecturis oppidorum arciumque
Anglicarum necnon prouinciarum omnium quæ An-
glis parent, cuius generis sunt Iccius portus, Guynâ-
que Hispanis interdicitur. Philippum minimè abdu-
cturum ab Anglia Mariam Reginam, nec leges mo-
résque Anglicos immutaturum, nisi de Anglici con-
uentus sententia sancitur. Si sine liberis Maria Regina
decedat Philippum in Hispaniam cum iis rebus modò
quas in Angliam asportarit, reuersurum spòdetur: nec
in Angliam plures trecentis vnquam deducturum: ne-
que numisma nisi cum Mariæ Reginæ insigni consti-
tutum promittitur. Hoc anno scribæ sunt lege consti-
tuti in vnaquaque regia curia Gallia apud quos rerum
omnium contractus quæ pretium quinquaginta Fran-
cicum excederent licet ritè alioqui perscriptos iubetur
describi.

describi. Alij item alia lege paucis post mensibus Scribæ creantur apud quos literas cunctas quæ ad Sacerdotia pertinerent exscribi præcipitur. Sub eiusdem anni exitum lege lata duplicatus est Coactorum primariorum fiscalium numerus, atque constitutum, ut cum annum suo functi munere fuissent, sequenti rationes ad ærarium referrent nec ad gerendum munus rediret donec reliqua persoluissent. Insequenti verò anno etiã constitutum ut omnes præfecti cuiquam muneri quod reddendis rationibus esset obnoxium, alternis annis munere fungerentur. Incunte anno post Christi natalem diem millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto lex Henrici Regis in senatu Parisiensi euulgatur qua Pictonibus, Santonibus, Rupellanis, ac insularibus iis proximis, Angolisimis, Lemouicibus, Marchianis, Petracoriis, Aquitanis, atque aliis nonnullis eorum finitimis id vectigalis quod sali in iis nationibus impositum supra demonstrauius, vndecies centum octingentis Francicùm millibus vænit. Eodem tempore Cosmus Medices coactis quàm occultissimè millibus hominum quatuor per Iacobum Medicium Marignanum Marchionem, Leonidam Malatestam & Sansecundum Comitem eos magnis itineribus proficisci in Senensem regionem imperat. Ii Senas de improviso superueniunt, & propugnaculum magnis sumptibus à Senensibus loco opportuno ædificatum custoditum indiligenter & è quo Senenses præsidium eduxerant quod ad bellum Corsicum mitteretur auxilio Henrico Regi, capiunt: relictóque in eo Malatesta qui id quàm

Coactorum primariorum fiscalium auctus numeris.

1554.

Salinalex promulgatur.

eterrimè quibus rebus potuit in ea parte quæ in urbem spectaret obsepsit, è vestibulo ad Camoliam portam contendunt: & imprudentibus etiamnum Senensibus eius portæ vestibulum occupant. Senenses tum multo orto arma capiunt, rebúsque suis magnopere metuunt, & propugnaculi potitum hostem supramodum ægrè ferunt. Hæc simul atque Petro Strossæ ad Maremiam com meatu causa profecto essent nunciata, properat ad urbem reuerti: & coniunctis cum Senensibus copiis cum Marignanianis qui ad Camoliam portam erant congregitur, locoque eos deiicit. Inde cum recipere propugnaculum tentasset, illudque multos dies continenter oppugnasset, fortissimè propugnantibus defensoribus obtinere non potuit. Cosmus successu rerum elatus exercitum magnum conducit: ac Rodolphum Balneonem equitatu, peditatu Ascanium Corneum è Iulij Pontificis Max. sorore natum præficit, eosdemque sese coniungere cum Marignano iubet. Marignanus tum Yolam oppidum Senensium oppugnabat, quod à Bindo præfecto fortiter defendebatur. Is capto eo oppido quòd aliquando Cæsare duce meruisse cõperiebatur, Marignani iussu est sublatus. Ei oppido Othonem Piciatinum Marignanus præponit: atque Combanum, Ciociolam, Pinamque oppidula Senensium, Rossiámque castellum faciliè capit. Strossa eodem tempore in Italia quantas posset copias cogere: ac Cornelio Bentiuola, Aurelio fregossa, Theophilo Comite, Thoma Albena, Vincentio Thadeo, ac multis Florentinis exulibus viris nobis

Senenses
à Cosmo
Florentie
Duce bel-
lis & ob-
sidiõne
fatigan-
tur.

Marigna-
nus Yolã
oppidum
Senensium
expugnat
& nõnul-
la alia
eorum
oppidula.

libus plurimum vti. Afcanius Corneus Clusij oppidi Senensium præfectum missis occultò nunciis ad defectionem sollicitabat. Is re fideliter Strossæ enunciata Marignaniana diem dominicæ passioni sacrum, quò die intromitterentur, constituit: ac ad octingentos Marignanorum nostris capiendos præbuit. In his fuere ipse Corneus, Petrus Paulus, Tesingus, aliique illustres viri complures. Rodolphus Balneo pugnans occubuit. Eam ob rem supramodum incensus ira Marignanensis relicto in propugnaculo Senensi præsidio agros Senensium latissimè populabatur: & quòd Cornelium Bentiuoliam diligenter Monasterium cœnobium communire, ac quatuor peditum signa eò deducere intelligeret, eumque locum ad annonam Senas importandam maximè idoneum, eò cum exercitu proficisci instituit: & Bombaglinum præfectum qui rupem quæ est ad cœnobium occupet præmittit: ipse ac Monasterij muros occultis itineribus quò res Senenses lateret contendit. Sed ea re per speculatores cognita Strossa eductis copiis Bentiuolæ subsidium ferre festinabat: verùm ne Monasterium posset accedere Bombaglinus loci opportunitate vnde plurimum nocere poterat prohibebat. Bentiuola qui sine Strossæ auxilio sustentare oppugnationē nondum satis firmati munitionibus loci desperaret: contraque sine magno incòmodo Strossam Monasterium peruenire nō posse intelligeret, eā difficultatē virtute superauit, & per mediū hostiū agmen ad Strossam peruasit. Strossa reducto Senas exercitu nulla interiecta mora propugnaculū

Marignanorum
fortuna.

Strossa
ab expu-
gnatione
Propu-
gnaculi
Senensis
repellitur

recipere priusquam ad id Marignanus reuenteretur cō-
tendebat, sed à præsidariis repulsus spem fefellit. Ma-
rignanus vt de Strossæ consilio cognouit exercitum
ad Senas reduxit: & cū ab oppugnatione regressum
Strossam comperiisset, collaudato præsidio atque co-
hortatus ne animo deficeret ad vastandum Senensem
agrum est reuersus. Vere ineunte Reginaldus Polus
Cardinalis mandato Iulij Pontificis Max. Carolum
Imperatorem adiit: mox etiam Henricum Regem at-
que apud vtrunque de pacificatione egit. Sed eius co-
natus tum frustra fuere. Ad idem ferè tempus Carolus
Sabaudia Dux ciectus suis pene possessionibus om-
nibus cuius filius Emmanuel Philibertus Carolo Cæ-
sari merebat, moritur. Primis mensis Maij diebus lex
de curia summa senatus in Britannia Armorica pro-
uincia ab Henrico Rege constituta promulgatur Pa-
risiensi in curia. Ea in duas classes lege distributa è qua-
ternis Præsidibus ac binis & tricenis Consiliariis: binis
item Scribis tum totidem Aduocatis fisci ac Procu-
ratore regio constatur. Præsides verò ac sexdenos
Consiliarios & vnum de Aduocatis legi extra
prouinciam sancitur. Præter hæc alternatim ius dicere
hanc curiam ternis mensibus Rhedonibus Augusto,
Septembri, & Octobri: Nannetibus Februario, Martio
& Aprili mensibus. Reliquum tempus Consiliarios
Britannos ad octonos cum Præside iudicia capitalia
exercere. Paulò post lex alia de immunitate quatuor
mercatuum Lugdunensium in eodem Senatu Parisië-

Papæ le-
gatus
pacificare
Henricū
& Cæsare
conatus
nihil agit.
Carolus
Sabaudia
dux mo-
ritur.

Lex de
curia
summa
senatus in
Britannia
prouincia
promul-
gatur.

fi euulgatur. Henricus vero Rex magnas tum in Gallia copias compararat quas ad xiiij Iunij Calen. conuenire ad Crecium oppidum Laudunensium imperat. Earum partem multo maiorem Annæ Mommorantio Magistro equitum, & Antonio Borboni Vindocinorum Duci attribuit: alteram Francisco Cleui Niuernorum Duci: tertiam Iacobo Alboni Andræano Tribuno militari permittit, Mommorantium, Vindocinumque versus Auaniam oppidum procedere iubet, interim dum Andræanus summa diligentia ad Mariaburgum oppidum firmissimum à Maria Vngarię Regina loco amœnissimo extractum maturaret, ac inopinantes Mariaburgenses opprimeret. Mommorantius Tretonem Glassonemque castella & Symæsum oppidum superioribus annis euerfa ab Henrico Rege sed propter opportunitatem locorum resectas à Cæsarianis capit. Niuernus ad Arduenam syluam deductis militibus Orsimontem castellum expugnauit: qua re cognita qui in Villaregia Iadinióque castellis erant profugiunt. Beariani verò custodes ubi sua quati tormentis mœnia vident sese dedunt. Longius Niuernus progressus Fumentium castellum quod in Ascotij Ducis, Hiergámque quod in Barlamontani Quęstoris Cæsariani erat editione, cepit. At Andræanus vti præceptum ab Henrico erat syluestri atque difficili itinere traductis celerimè tormentis priusquam eius rei quicquam scire hostes possent, ad Mariaburgum cum exercitu concedit. Id cum ad Iulianum Romerium earum regionum præfe-

Lex de
immuni-
tate 4.
merca-
tuū Lug-
dunen-
sū euul-
gatur.

Lex de
immuni-
tate 4.
merca-
tuū Lug-
dunen-
sū euul-
gatur.

Trelonē,
Glassonē
& Symæū
capit
Mommorantius.
Niuernus
orsimontem
castellū
expugnat.
A Villa
regia Iadinióque
custodes
fugiunt.
Hierga
castellū
capit.

Mariaburgū
oppugnat.
gatur.

Etum nunciis esset perlatum raptim ac turbatè coactis
 militibus præsidio confirmare urbem conatur. Id Ni-
 uernus prohibere viásque omnes qua adiri ad oppidú
 poterat vnde quaque obsidere. Dum perumpere Ro-
 merius nititur, à nostris reiicitur. Mommorantius
 nuncio accepto circumfessum esse Mariaburgum eô-
 dem peruenit. Tertio oppugnationis die deditio-
 nem Mariaburgenses faciunt. Henricus pridie Iulij Calen.
 cum ad exercitum venisset, Bouinas oppugnare ac
 tormenta mœnibus admouere incipit. Vbi id aliquan-
 diu fecisset, vi tandem in oppidum irrumpit. Defen-
 sores in arcem confugiunt, móxque sese Hentico
 dedunt. Is quòd Teroana expugnata multitudini Cę-
 sariani pepercerent, oppidanos conseruauit, prædæ ta-
 men militibus eorum bona concessit. Eodem tempo-
 re Dinantum oppidum quod ab Eburonum Episcopo
 petere iura solebat & à Bouinis tã prope abest vt utrú-
 que oppidum ab altero Fluminis modò alueo disun-
 gatur, Niuernus oppugnabat. Dinantini cum à regio
 caduceatore denunciaretur, ni se properè dederent ex-
 trema esse passuros, respondent sese si Henricum Re-
 gem Niuernumque habeant in potestate, vtriusque li-
 benter obsonaturos esse epar. Magna iam olim Di-
 nantium potentia fuerat, sic vt cum Lodoico xj Gal-
 liae Rege foedus percusserint quo foedere sese Philippú
 Burgundiae Ducem maximis incommodis affecturos
 receperant. Ij tùm eiusdem Ducis effigiem transuersæ
 trabi impositam in foedissima palude statuere cum ti-
 tulo huiusmodi Buffonem tali habitatione dignissimú:

Tertio
 oppu-
 gnationis
 die dedi-
 tionem
 Mariabur-
 genses
 faciunt.
 Bouinæ
 expugnã-
 tur.

Dinanti-
 norum ia
 solens
 respõsum

Dinanti-
 norú in
 Ducis
 burgúdię
 effigiem
 imprope-
 riam.

nec à Bouinensibus qui id seuerè vlturum Philippum Ducem, Carolúmque filium ostendebant, reuocari ea re potuerunt: contráque ea de re missum ad se cum literis nuncium occidère: & cùm iterum Bouinenses puerum misissent quòd eius ætati paruos Dinantinos confidebant, eadem de eo statuerunt: nunc verò nihili se Henricum, Niuernúmque pendere dictitabant, vt qui à suo oppido decies septies Reges atque Imperatores repulisse memorarent. In eo oppido Germanorum atque Hispanorum validum præsidium inerat: eodémque se Iulianus Romerius cù Mariaburgum intromittere milites frustra conatus fuisset, sese intulerat. Ea manu freti oppidani diutiùs nostris repugnabant. At murum Henricus multis tormentorum ictibus subruit, instátque acerrimè & Gaspar Collignius Castilio peditatui Gallico præfectus suorum animos ad virtutem præcipuè incendit: cùm se periculi eorum socium ac principem præbet. Cùm nihil quietis daretur, animis tandem ciues cadūt, ac salute impetrata urbem tradunt, in arcem præfidiarij cōfugiunt: & diutius cum nostris pugnant. Sed postquam tormentis validè excussum murum minari ruinam cernerent, de deditioe equis conditionibus pacisci postulant. Cùm id modò concederetur vt milites gladios, nihil præterea armorū arce efferrent. Iulianus Romerius facta collocandi potestate in Gallica castra processit. Ibi dū longo sermone diē consumit, Germaniveriti ne si conditiones propositas repudiarēt, atq; in castellum nostri irrumperent, ad vnum omnes necarēt.

Romerius dum sermone diem cōsumit, vltro cedentibus Cæsarianis Gallis Dinantinum ingrediuntur.

tur, castello excedunt: ac Hispanos qui id inconsultò præfecto facere grauabantur, eòdem inducunt. frustra tum adhuc de conditionibus dissertantem Romerium non irridiculè Mommorantius producto magno numero Cæsariani præsidij rogat, nùm qui vnus ex omnibus facere deditiõnẽ nolit, regredi in arcem statuat, & cum multis hominum millibus pugnare solus? Dinantum intromissi Duras, Boëssaque præfecti cum iis peditum signis quibus præerat prohibere Germanos qui in Henrici castris erant non potuere quin eòdem irrumperent ac pessimè Dinantinos acciperent, resque eorum diriperent. Dinantinam arcem Henricus Rex excidit. Bouinas magna ex parte inflammauit. Dinantinorum edificiis pepercit quòd Cæsarem permissu. Episcopi propinqui introduxisse in arcem præsidium cuius metu Dinantini suo arbitratu ciuitatem regere prohibebantur intelligebat. Maria-burgi verò præsidium quod satis esse visum est imposuit, eique Gonorum præfecit. Dum hæc agerentur, Rupselbyo Princeps in Artisiam prouinciam progressus Fama sum Cameracensis arcis præfectum & Valusetiũ qui leuis armaturæ equitum turmæ præerat pugnando cepit ac ad ducentos ex iis equitibus interfecit. Tum coactis Cæsar ad Bruxellam copiis Namurcum quod à Dinanto non amplius interuallo millium decẽ abest progreditur, ac ad oppidum commodissimo loco castra ponit: eaque vallò & fossa munit perquam diligenter. Henricus vt eum ad certamen alliceret, hostiles agros populabatur. Cæsar castris suos continebat. Tum ad

Dinanti-
nã arcem
Henricus
excidit, &
Bouinas
inflam-
mauit.

Fama sum
Camerac-
ensis præ-
fectus &
Valesius
à Gallis
capti.

ad Mariamontē Mariæ Vngariæ Reginæ magnificentissimè extructam regiam exercitum Henricus perducit, eamque euertit: vt quæ Regina suis incendiis Galliam sæpissimè deformasset, par in suis possessionibus damnum acciperet. Eodem tempore Bintiū eiusdē Mariæ Reginæ oppidum Henricus aggreditur. Cæsar haud longè à castris euagabatur: ac Regem inopia cibariū adductum breui ab oppugnatione discessurum existimabat, oppidanósque rebus omnibus necessariis abundantes diutiùs repugnaturus. Sed postquàm euersus tormentis murus esset, nostrorū impetum nō ferunt, deque salute pacti Bintiō excedūt. Id oppidum diripitur atque euertitur: similiter Marię insignis eo in oppido regia: adhæc Tragenium Reuthianūque instauratum renouatūque à Reuthio magnificentius quàm ante cū à nostris excisum est castella. Inde Rex Malobeuga Bauonēque oppidis incensis Quæsnoum versus copias ducit: vnde paulò ante Maria Regina non satis confisa loco profugerat. Iam magnam copiarum partem flumen eo in itinere positum Henricus traduxerat, cū Andraxanus Tribunus militaris cum mille & quingentis equitibus à Cæsariano equitatu, in quo sex equitum millia fuerunt, cis flumen conspicitur. Is se in summum discrimen venturum reputans si se in fugam sui proiicerent paucos è nouissimis subsistere, & speciem opinionemque præbere hostibus pugnare volentium quasi hostium numerum adæquarent iubet: Interim reliquum equitatum transire flumen imperat. Dum de prælio inter se hostes delibe-

Mariamontē Henricus euertit.

Bintiū oppidū ab Henrico capium diriptū & euersum.

Malobeuga, Bauonēque oppida incensa.

rant & se ad arma parant, magna pars Gallici equitatus flumen transit. Idem mox reliqui faciunt, ac cæterum exercitum incitatis equis assequuntur. Castris positis Henricus mox facta potestate Cæsari prælio decernendi, cum certamen difugere eum videt, ad Crepecorum cum exercitu iter facit. Eodem tempore castra Cæsar mouet: eaque non longius quatuor millium interuallo ab Henrici castris locat. Res tum collatis ad castra castris spectare ad prælium videbatur: quod ne detrectare Henricus putaretur, dies septem pro castris copias producit, quidque haberet animi Cæsar periculum facit. Quin Rentiacum eorum locorum munitissimum oppidum obsidere statuit: vt vel ea re ad certamen Cæsarem compelleret: vel si se Cæsar contineret, non leue ei detrimentum inferret. Dum eò venit, Scoti qui in eius exercitu merebant, quinquaginta equites Cæsarianos ab Atrebatibus per syluas eò vsque progressos intercipiunt: ac ad trigenta ex iis capiunt. Nuncio de Rentiaci oppugnatione accepto Cæsar eò cum exercitu proficiscitur: & oppressurum Henricum sperans si oppugnationi intentum de improviso aggredieretur, in Guysam Ducem, qui in statione cum aliquot peditum signis partéque equitatus ad syluam oppido proximam erat collocatus, summo fertur impetu. Præsenti eum animo Guyssa excipit: sed numero inferior retrocedere tandem cogitur. Id addit hostibus animum, longiusque progressi in Regem incidunt. Is suos cohortatus vt pristinae virtutis memoriam retinerent: neu perturbarentur animo, hostiúmque im-

Rentiacū
Henricus
oppu-
gnat.

petum fortiter sustinerent: & pro egregiè gestis amplissima præmia expectarent: cum res in conspectu ipsius ageretur, nec cuiusquam paulo fortius factum latere eum posset, spe fiduciaque exercitum repleuit. Pugnatur vtrinque acriter: sed mox pelluntur hostes loco: fit eorum strages ingens: sexque bombardis eorum Rex potitur: & Cæsarem, omnemque eius exercitum in fugam coniicit. Cæsar se in castra è fuga recipit: eaque quàm potest munit diligenter. Henricus Rex cum fortissimè pugnantem

Cæsarianorum strages ingens, & sex bombardæ captæ.

Tauennem vidisset, torque Michaëllea quam gerebat donauit, & in torquatorum equitum numerum asciuit. Cæsarianorum ad duo millia occidère: Gallorum haud ampliùs quàm ducenti.

Occisorum numerus.

Henrici exercitus ad victoriæ testimonium eo loco vbi erat pugnatum, noctem peregit. Cum se diutiùs castris teneret Cæsar, nec experiri iterum fortunam vellet, Henricus ne re frumentaria premeretur, à Rentiaco discedit: & anni tempore confusus quòd hyems suberat, Heluetiorum auxilia domum dimittit: ipse in Galliam reuertitur. Dum hæc agerentur idem Henricus Rex magna in Italiam subsidia miserat quo in numero sex item Heluetiorum milia inerant, ac per fœderatos Principes ibidem delectus habuerat, eaque copiæ ad Parmam omnes conueniebant. quod cum Cosmus Medices Florentiæ Dux animaduertit, magna quoque auxilia à Cæsare impetrauit. Strossa de Gallici exercitus aduentu factus certior Senèse propugnaculum acriter op-

Henricus à Rentiaco discedit.

pugnat eo consilio vt in ea re occupatis Marignanianis Pontem tabulatum quo Arnun flumen auxilia traducat minore negotio per eos quos ei rei præponere statuebat, possit occupare. Pontis ex voto potitus Montemcatinum, Montemcarlum, Pontaderamque oppida capit, multaque ad Arnun sita castella: ac appropere iussis auxiliis suas cum his copias coniungit. Marignanus tùm ad Pistoiam exercitum habebat metuens ne à nostris occuparetur. Is vbi de tantis Strossæ copiis cognouit, retrocedit: quem Strossa consecutus pugna commissa in fugam vertit, magnùmque numerum ex eius militibus interficit, reliqui Pesciam Sarauallémque sese recipiunt. Marignanus collecto è fuga exercitu ad Focetium oppidum ne Arnun Strossa eo ponte traduceret qui ad id oppidum pertinet impediēbat. Strossa cùm ad Arni ripas venisset, ac vbi que rescisos pontes, líntrésque abductas omnes videt, Arnun vado traducere copias instituit, tametsi ea res periculi plena videbatur: quòd à Pceninis iugis Arnus decurrens impetu summo fertur: & equitatus partem primò transire, tum subsequi peditatum, ac à reliquis equitibus subleuari iubet. Ipse vt cæteris periculi metum demeret, eosque confirmaret, pedes in primis flumen transit. Inde Casolam deducto exercitu veritus ne comitatibus intercluderetur, copias quatripertitò diuidit: partem Casolæ relinquit, alteram in Maremaniam, tertiam in Chianam vallem, reliquam Senas ducit. Eo tempore magna à Cæsare subsidia Marignano ex Insabria duce Ioanne Lunio, ac Neopoli Ioanne Madrito præfecto mittun-

Oppida à
Strossa
capta.

Marignia
norum
strages.

Subsidia
à Cæsare
Marignano
missa.

tur. Capuanus P. Strossæ frater dum Scarlatinum oppidum Appianorum propius inspicit, vt tormenta muralia idoneo loco statuatur, à milite qui in insidiis pondum latebat glande plumbea tormēto emissa ictus vitam cum morte mutat. Marignanus auctis tantopere copiis Senas redit, Romanamque portam oppugnat, & ab ea non procul castellum construit: vt oppidanos facilius annona prohibeat partem exercitus Montemcatinum mittit, quod oppidum ab Alexandro Ternio cum quatuor peditum signis tenebatur. Is angustia cibariorum pressus urbem tradit. Montemcarlum Marignaniani cum oppugnassent, fortiter resistentibus oppidanis re infecta ad reliquum exercitum Senas concesserunt. Paulò post id tempus Gallorum atque Germanorum peditum millia sex ab Henrico Rege ad Strossam missa vnà cum naui frumento onusta, ac viginti tormentis grandioribus in Corsico mari & ad Elbam captis ad Portum Herculis appellunt: atque sex onerarias hostium naues quòd ob tempestatem portum non tenerent demergunt. Strossa tum copias omnes in Maremaniam contrahit: hostesque ea munitione quã intercludendæ annonæ causa parauerant eiicit. Marignanus sese in sylvas abdit. Senenses auctis ob supplementum ab Henrico Rege missum animis, Monasteriũ magnis viribus oppugnare parant: ac eius potituri videbantur, ni Marignanus educto latebris exercitu præsto Monasteriensibus adfuisset. Ibi confertis manibus octingenti vtrinque cadunt. Strossa Calend. Iulij cum exercitu Chianam proficiscitur: idque oppidum

Marignanus Senas iterũ expugnat.

Montemcatinum Marignaniani capiunt.

Chiana à expugnat: & in Florentinum vsque agrum deductis
 Strossa copiis latè prædas agit: præter hæc Marcianum capit.
 expugna- Foianū quoque aggressus, quod à Carolo Ursino cum
 tur. Marcia- cohorte lectissima tenebatur, tametsi sepe à præsidio
 num & Foyanum repulsus tandem tamē expugnauit: & magno præsidij
 capta. repulsus tandem tamē expugnauit: & magno præsidij
 Ursinus cæsus. cæso numero in quo ipse Ursinus fuit, reliquos cepit. Ea
 nocte quæ ab oppido capto cōsecuta est, siue forte for-
 tuna: siue dolo captiuorum, puluis tormentarius con-
 cepto igne complures è Strossianis inflammauit. Ma-
 rignanans vt Marcianum reciperet, eòdem copias pro-
 mouet. Strossa in eam partem contendit, ac leui prælio
 eo die quo venerat cum eo confligit. Postridie in colle
 tormenta collocat: quo è loco magna detrimenta Ma-
 rignanians inferebat. Ea de causa castra Marignanus
 paulò longiùs in valle ponit: ac postea per dies quin-
 que præliis leuioribus cum nostris certat. Idem Mari-
 gnanus collem non ita longè à castris positum occu-
 pare statuerat: eoque ducentos equites præmiserat.
 Missi à Strossa qui impedirent, eos omnes cōcidūt. Idē
 Strossa quòd incommoda esset aquatio, castra mutat:
 ac noctu magno silentio tormenta Lusignanum præ-
 mittit: ipse dilliculò consequitur. Marignanus qui de-
 morari eū vellet cū eo cōgreditur. Ei' impetū Strossia-
 ni fortiter sustinēt: ac vtrinque magnis animis pugna-
 tur. Erat Mirandula Comes equitatus Strossiano præ-
 fectus qui cū nauiter rem gereret, à multo suorum nu-
 mero quos à Cosmo Duce Florentiæ corruptos pecu-
 nia fugæ initium fecisse memorant, deseritur. Hac re
 reliquus exercitus perturbatur. Strossa & in appellan-

dis cohortandisque militibus Imperatoris, & in pugna militis officio præstabat. Acriter Marignanum insistit, multosque Strossianorum necat: & in fugam tandem reliquum Strossæ exercitum conuertit. Strossiani desideratis è suo numero ad quinque millibus è fuga Lusignanum sese frequentissimi recipiunt: nec diutius ibi commorati Montalcinum pars: reliqui Senas abeunt. Id prælium iij. Non. Aug. est factum. Altus Comes à Strossa Lusignano præesse iussus ubi ad oppugnandum oppidum venire Marignanum intelligit, oppido excedit. Destituti præsidio Lusignanienses sese Marignano permittunt: quæque imperarentur facturos dicunt. Alto-Comiti Strossa cum purgandi sui causa ad eum venisset, ceruicibus abscindi caput iubet. Per eos dies Federicus Columna à Cosmo Medice magna cum manu in Senensem agrum missus Termetum unam cum Somma Duce & Sampetro Corsico nihil dum de infœlici Strossæ prælio cognoscere, & non exiguum Strossæ subsidium adducentibus intercipit: & ad sexdecim signa militaria Florentiam gloriabundus mittit: Ea signa Florentini ad equorum caudas appensa per lutum ac sordes oppidi perquam insolenter traxere. Lodoicus etiam Sangelasius Lansax quem ad Iulium Pontificem Max. Henricus Rex legauerat captus ab agricolis Florentiam perducitur, & in angustum carcerem detruditur. Tantis acceptis incommodis Strossa ad Montalcinum, Farnesius Cardinalis Romæ milites conscribunt. Ianus-Zetius Motemcagionem oppidum non infirmum: Gazaro Comes corrupti à Marignano pecunia, ac pollicitationibus tra-

Strossæ
exercitus
in fugam
uertitur.

Lusigna-
nienfes
Marigna-
no se per-
mittunt.

Federic⁹
Columna
nostrorū
militum
summam
stragem
facit.
Sangela-
sius Hen-
rici ad
Iulium Pō.
legatus
carcere
includi-
tur.
Montem-
cagionē
oppidum
praesidia-
rij mili-
tes cor-
rupti Ma-
rignanensis
tradunt.

dunt. Marignanus ex hoc tempore procul à Senis castra habuit: ac vt Senenses annona prohiberet, præcipuè intendit. Tamen educto castris exercitu Senas die Christi natali aggreditur: & scalarum magno numero comparato quinque locis irrumperè in urbem conatus à Senensibus repellitur: & ad ducentos è suis defiderat. Regressus in castra premere fame oppidanos perseuerat. Sed antea Iunio mense Cambra Cortæ castello in Corsica insula firmissimo maximèque commodo præfectus clam cum hostibus collocutus id castellum tradidit: cuius facinoris longo post tempore Massiliæ capite pœnas luit. Termes vt id reciperet ab Augusto ad Octobris vsque exitum illud oppugnauerat: quod dum faceret Sampetrus Corsicus vnà cum centum militibus atque aliis nonnullis tumultuariè collectis decertare cum quingentis ex hostibus ausus, ducentos ex iis cepit: reliquos fuga salutem petere cõpulsit, ipse tamen grauiter saucius in castra est relatus. Castellani magna rerum omnium inopia conflictabantur: sed erat in primis aquatio difficilis. Hos vt com meatibus subleuarent Genuenses præfecti ex Bastiæ Caluique præsidio ad quatuordecim peditum signa euocant: atque per eos importare annonam, cæterasque res necessarias conantur. Cognito eorum consilio Termes Iacobum Marium Samflorum cum aggressiũ tyronũque manu qui Genuenses obseruet, atque impediãt mittit. Huic se sociũ tametsi adhuc æger Sampetrus adiungit. Genuenses cum obseruari omnes aditus viderent, re infecta cuius causa venerant regrediũtur.

Cambra
Cortam
castellum
hostibus
tradidit,
ob quam
causam
Massiliæ
capite
plectitur.

tur. Hos Marius ad Casam-nouam vicum consecutus cui mons altissimus imminet, eius verticem conscendisse eos sed conturbatos metu intelligit: suosque ad virtutem cohortatus eodem eos consequitur. Paululū Ligures resistunt: Mariūque in primis ordinibus pugnantem interficiunt. Diutiùs præ lassitudine cūm pugnare non possent, sese Marianis permittunt. Eos ad Cortam deductos Termes pro castello produxit: vt spē omnem subsidij adimeret castellanis: qua re adducti fide de salute à Termete interposita castello excedunt. Mense Septembri grauis dissentio exstitit inter Helueticorum pagos eiusmodi ex re quadam. Ij diœceses præfecturâsque quasdam communi iure trans montes obtinent, quæ partim Catholicam religionem profitentur: nonnulli ab ea dissentiunt: iisque præfecturis vicissim ac in orbem alternis annis per præfectos iura dicere consueuerunt. Septem Helueticorum pagi numerabantur qui Catholicæ religionis essent: quatuor ab ea dissidebant: duo liberam suam religionem permittebant. Catholici quidam præfecti suo anno Diœceses, quas equo iure regebant, iureiurando obstrinxerāt, ne à Romanis Catholicis que sacris discederent: eaque res in tabulas fuit relata. Cūm vellent è conuentionis lege Lugananos & Louertios cogere ne quid è vetustis receptis que institutis religionis immutarent, Protestantes intercedebant. Catholici qui numero erant superiores id quod maiori pagorum parti placuisset ratum habendum contendebant: Res ad certamen inclinabat, ni

Ligurum
strages.

Certani
Termeti
se dedūt.

Apud
helucios
seditio
exoritur
propter
religio-
nem..

Henrici Regis apud Hel-

Hh

Heluetij
ad con-
cordiam
re uocan-
tur.

Tigurini
& Berna-
tes Hen-
rico of-
fensi.
Vnder-
ualenses
Henrico
fauent
eiusque
partes se-
quuntur.

Mariæ &
Philippi
nuptia.

uetios legatus rem ad concordiam reduxisset. Eam ad rem multum adiutauere Glarienses Aspenselensesque qui liberam suis religionem relinquebant. Inita uero huiusmodi pacificationis ratio, ut obligationis tabulæ transmontanis redderentur: & si quis deliquisset quicquam his in rebus quæ ad religionem pertinerent, argueretur, Heluetiorum omnium sententia de eo decerneretur. Eodem fere tempore Tigurini & Bernates offensi Henrico Regi propter religionem suam Gallicis legibus condemnatam edicto ne qui è suis ei mererent cauere: contra Vnderualenses cum à Christophoro Madrucio Cardinali Tridentino ad societatem Cæsaris sollicitarentur, ne qui è suis ulli alij Principi populoque quam Henrico Regi stipendia facerent sanxere. Cum hæc gererentur Philippus Caroli Cæsaris Filius qui iam per procuratorem Mariam Reginam desponderat ex Hispania cum classe matrimonij concelebrandi causa in Angliam Nonis Iulij appulit: & quarto post die Vintoniam ubi à Maria Regina expectabatur sub uesperam venit: progressusque ad templum à Stephano Gardinero Episcopo eius ciuitatis Mariæ sigillorum præfecto & maxima omnis generis hominum celebritate, rerumque omnium summo apparatu accipitur. Postero die cum Regina collocutus Iacobeis quem diuum pro tutelari Hispani colunt cum ea nuptiis solenniter coniungitur. Ei tum Cæsar pater per procuratores Neapolitanum regnum ac paucis post mensibus Mediolanensem Insubriæque Ducatum quoque attribuit. Pridie

Idus Nouembr. Londini vbi totius Angliæ conuentus agebatur, qui haberi apud Anglos patriis moribus frequenter solet, Reginaldus Polus Cardinalis è Brabantia profectus atque à Maria Regina accersitus Londinũ quoque admirabili cũ supposito populi ac gratulatione omnium aduenit: & à Maria Regina patriæ, bonis, & honoribus, quæ ei ab Henrico viij. Rege Angliæ adempta fuerant, eius rei concilio Angliæ vnâ cum Maria Regina authore restituitur: Quinto post die apud Philippum Regem, Mariamque coniugentum omnem populum legationis suæ quæ ei à Iulio III. Pontifice Max. mandata erat causam publicè exposuit: ac populum vt ad Catholicæ ecclesiæ societatem rediret plurimum est cohortatus. Collaudata eius oratione Gardinerus Episcopus tempus poscit quo de ea re Principes, populiq; legati cõsultet. Postridie supplice libello à Philippo Rege Mariâque Regina conuētus petit, vt iis deprecatorib⁹ à Polo Cardinale perfidiæ atque impietatis in Deũ diuósq; omnis Angliæ populus impetret, atque ecclesiæ omnes restituantur. Is libellus postquã publicè à Gardinero esset recitatus atq; à populo voce cõprobat⁹, Philipp⁹ Rex Mariâq; Regina ad Poli Cardinalis pedes abiecti eũ sũt deprecati, Polus palã perfidiæ atque impietatis populo veniã dedit: eundemque ecclesiæ Catholicæ restituere pronũciauit. Ex eo die qui diuersam in Anglia à Romana ecclesia de religione sententiam sunt secuti, iudicio facto viui flammis frequentes publicè sunt exustulati. Pontifex verò Max. post paucos menses eius rei ergo

Hæretici
in Anglia
flammis
exustulati.

expiatoria diplomata per orbem Christianum quocunque misit, quibus vndequaue noxiis solueret pœnæque ac culpæ gratiam faceret de sceleribus apud sacerdotem ritè confessis quibuscunque: & qui præterea ieiuniis dies aliquot corpus macerassent atque egenis aliquid eleemosynæ dispertiti essent dignisque rebus aliis nonnihil suarum facultatum erogassent. Sub anni huius exitum Henricus Rex ad Secretariorum Franciæ numerum qui iam tum centeni & viceni erant, cum paulò ante hæc tempora media parte minori numero fuissent octogenos addidit, qui tum in curiis supremis Galliæ vbi sigilla regia sunt, quas Cancellarias vocant, id muneris obeant. Emmanuel Sabaudie Dux Cæsaris legatus Antonium Vindocinum Ducem post Isdinum in eius potestatem redactum quod postea à Cæsarianis receptum dirruisse eos commemorauimus, in Meniliano prædio, quod ab Isdino prope aberat, castellum exædificare loco ad muniendum propter paludes magnopere opportuno statuisse, si id Henrico Regi probaretur, iam ante rescuerat: eaque res neglecta à Rege fuerat. Sabaudus loco diligentissimè perspecto, & Vindocini consilio ad Cæsaris commodum translato, vndequaue operas accersit, ac tantam muniendo Meniliano diligentiam adhibet, vt intra trimestre eò opus perduxerit, vt oppugnationem posset sustentare: eodémque com meatum importauit, ac Sanspiruum Ruense castellum, quod à Vindocino itidem diligentissimè muniabatur, quò propugnaculi vice contra Menilianense præsidium esset, aggredi constituit. Sed

Secretariorum
Franciæ
in cæcellariis
supremarum
Galliæ
curiarum
auctus
numerus.

eius consilio per speculatores cognito Vindocinus Picardiæ prouinciæ Præses eò Nemorosum Ducem Rhenigrauiumque Comitem cum leuis armaturæ equitibus atque peditum manu in eam regionem vbi Sabaudus confederat mittit, qui Emmanuelem interpellarent. Ij in conspectum copiarum Emmanuelis cum venissent, ac se ad pugnam paratos præ se ferrent, bisque essent nouissimos ex hostibus aggressi, Emmanuel maiores eis vires esse arbitratus quàm ante existimauerat, cum copiarum partem castris educeret, pedem retulit. Bordillo Niuerni Ducis Præsidis Campaniæ legatus eodem tempore Fumentium castellum à Cæsarianis ante receptum expugnauit, illudque diruit. Inde Mariaburgum, Rupem Regiam, & Malberfontanum castella accuratè muniit. Tum quoque Vaulusseas Yuoei oppidi præfectus Cæsarianos qui Villamontanum castellum haud infirmum obtinebant, tormentis muralibus destitutus lignis quibusdam carris impositis quæ tormentorum speciem è longinquo præbebatur, ad deditiōnem compulit. Sed breui postea id castellum Cæsariani receperunt nostrosque ad unum omnes qui id custodiebant secus ac Vaulusseas de Cæsarianis ante statuisset, occiderunt. Verus uilla Meti præfectus ab Hérico Rege cum Cæsarianos Malassum castellum intra Metis ac Theonuillæ fines ac duo interfluentia flumina situm munire intellexisset, unde à Theonuillanis finibus Metenses prohiberentur, magna ex ea peditum equitumque copia quam nancisci subito potuit, partem qui operas disturbarent eò proficisci iubet. Sed

Cæsaria-
norū cru-
delitas

1555.

eos Cæsariani aggressi nonnullos eorum sustulerunt: ceteros fuga salutem quærere compulerunt. Emmanuel Dux multa iam hyeme copias dimittit ferè ad annum post Christi natalem ineuntem millesimum quingentesimum quinquagesimum quintum. Eodem tempore Auocellam præfecti Abbauillæ legatum à Dæso Menilliani præfecto pecunia corruptum Abbauillanam arcem tradere ei constituisse nostris enunciat. similiter quosdam Metenses cum in ea vrbe Franciscales sodales sui ordinis conuentum haberet, ad quem ex omnibus Christiani orbis partibus magna eius generis hominum copia confluit, Franciscalium habitu atque vestitu milites Cæsarianos in urbem introducere rescitum est: ac item doliis sceloporum magnum numerum ac tormentarij pulueris non exiguam copiam vini specie in urbem comportari. Sed res deprehensa, atque de noxiis supplicium sumptum. Henricus Rex factus certior è Paulino Comitatu & Ponteuifensi in Menillianum importari commeatus intelligeret, Andream Tribunum militarem eodem mittit. Is vastatis earum regionum Artificæque agris regredi simulauit: ac inopinantibus hostibus Castellum Cambresium oppidum adortus vi cepit, defensores ausos resistere nostri occiderunt: ceteræ multitudini pepercerunt. Sed in Subalpinis nationibus Carolus Cossa Briffax vias omnes que è Gallia in eam prouinciam ducerent patefaciendas arbitratus Iuram oppidum extremo anni superioris tempore oppugnat: & deiecto bombardis muro cum diu oppidani constantissimè propugnassent, tan-

Sub religiosorum habitu multa sæpè inique patratur.

Cambresium Castellum à Gallis captum.

dem fessos fatigatosque rebus omnibus facere deditio-
nem coëgit. Qui in castello erant vbi ad dies quinque
restitissent, idem atque oppidani fecêre. Biellanium fi-
nitimum est Iuræ: à quo oppido proximi vici com-
plures iura petunt: ad eaque tempora Biellanij vigin-
ti millium aureorum vectigal annuum Sabaudo Duci
pendebant. In nuncio de Iuræ expugnatione accepto, se
suaque omnia in fidem atque potestatem Henrici Re-
gis, Brissacis que permittunt. Brissax quos recens paca-
ueris haud diu in fide permanfuros intelligens, sed
prima quaque data opportunitate noua consilia esse
capturos, ni eos omni officio atque liberalitate reti-
neas, benignè iis dimidiam stipendij eius partem re-
misit. Erant tum Brissaci cum Vulpianis induciæ: sed
cùm annona deficerentur pressi necessitate vrbe erum-
punt: & è vicinis agris vicisque armentorum pecu-
dumque greges ac frumenti magnam copiam in vrbe
abducunt. Ea res miram illis inuidiam odiùmque apud
viciniam conflauit. Eodem Cæsar Toleda commea-
tum quoque importare nixus, repulsus à nostris ma-
gnum suorum militum numerum amisit. Sed vt hu-
iusmodi iniuriarum facultatem Cæsarianis Brissax
præriperet, Saniacium oppidum Vulpiano finitimum
vallo & turribus cùm ante esset infirmum munire in-
stituit: remque diligenter ac breui conficit. Idem Sal-
uasonem rei militaris peritissimum Veruino præfere-
rat: qui nactus hominem idoneum per quæ quæ Casali
gererentur singulos in dies cognosceret, intercipiendi
eius maximæ inter Sallusiani Marchionatus vrbes au-

Iuræm
oppidum
Brissax
expugnat

Biellan-
ses vltro
se Hen-
rico per-
mittunt.

Cæsar
Toleda
magnum
suorum
militum
numerum
amisit.

thoritatis consilium cepit: & re communicata cum
 Brifface postquam is ipsius sententiam comprobasset,
 apertissimam ad eam rem eam noctem statuit, quæ eum
 diem conseq̄uebatur, qua die nuptiæ quædam maxi-
 mo apparatu Casali celebrarentur: quarum causa om-
 nis nobilitas ex ea vicinia conueniret. Is dies erat ad
 V. Martij Nonas. Sed quò suum consilium esset occul-
 tius, morbum Saluaso assimulat: Casalóque cum id
 minimè negaretur, medicos accersit: eoque milite qui
 à Brifface ad præscriptum tempus mitteretur, vti præci-
 pue constituit. Cum hac manu Saluaso multa iam no-
 cte ad Casali muros aduenit. Id tempus Casalenses cõ-
 uiuiis, saltatione, ac luxu consumebant: eamque ob
 rem custodiæ in muris remissiùs agitabantur. Paraue-
 rat iam ante Saluaso scalas, quibus in murum iactis
 nostri milites nulla mora cum complent: atque excu-
 bitores necant. Tumultu ex ea re orto Hispanorum
 præsidium accurrere quocunque fors ferret, & cum
 nostris concertare: sed loco moti fuga facta in castel-
 lum, quod ad id oppidum pertinet estque munitissimũ
 profugiunt. Vbi ea res Briffaci nunciatur Casalum cum
 exercitu proficiscitur: castellumque parat oppugnare.
 Sed quòd turris ampla adiuncta castello erat, quæ à
 Germanis militibus defendebatur, primum omnium
 ad eam tormenta promouet, murumque subruit: & fa-
 cto in hostes impetu, cum se ne dubiis quidem rebus
 dederent, turris potitur: Germanosque ad vnum om-
 nes interficit. Fignerolus Casali præfectus captam astu
 urbem iniquissimo animo ferens omni ratione arcem
 reti-

Henri-
 piæ ca-
 piendæ
 vrbis oc-
 casionem
 dedere. li

Galli
 Casalum
 oppidum
 astu ca-
 piunt.

Germani
 ad vnum
 cæsi.

retinere statuebat, extremâque omnia experiri: simul quòd ea vrbs magnas ad Subalpinum bellum opportunitates habebat, & in amplissimis eius prouinciæ numerabatur, subsidium missuros Cæsarianos præfectos confidebat. Sed cùm dies ad octodecim restitisset, assiduo labore cum suis militibus defessus (quòd crebrò integri defatigatis nostris succedebant) castelli deditio- nem fecit. Duodecimo Calen. Aprilis Iulius Pontifex Max. è viuis excedit: in cuius locum Marcellus Cerui- nus Mompolitanus Bononiæ ortus sufficitur. Is mor- tem obiit secundo & vigesimo die Põtificatus: eidem- que successit x. Cal. Iunij lectus suffragiis Cardinaliũ Ioannes Petrus Caraffa Iesuitarum sodalitiij author: qui se commutato nomine è veteri instituto Paulum iij. appellari statuit. Stroffa prælio à Marignano supe- ratus minimè animũ desponderat: sed collectis reli- quiis exercitus, nouòque delectur habito in Italia ad quinque millia peditum ad Montalcinum coëgit: mã- datòque accepto ab Henrico Rege ne Senensium cu- ram abiiceret, Senas commeatum inferre constituit: & Montalcino cum paucis equitibus millèque peditibus profectus ad Tressianum pontem non longiùs à Flo- rentia duobus passuum millibus in insidias à Mari- gnano ad eum locum collocatas incidit. Tum suos ad- hortatus vt forti animo rem gererent, præsensque pe- riculum virtute propellerent per medios hostes per- rupt, omnemque commeatum Senis intromisit. Cos- mus Florentiæ dux præsidia Germanorum peditum Liburni tum collocare: Andræas Atria Hispanorum

Petrus
Caraffa
Iesuita-
rum so-
dalitiij
author,
qui & Paulus iij.
appella-
tur.

Stroffa in
summis
periculis
virtus
eximia.

Orbetelli, ac in maritimis oppidis castellisque, ne importari deinceps in urbem annona posset: ac premere obsidione Senas arctius. Strossa Senenses cohortatus ut pro sua libertate quam Rex potentissimus tanto studio defenderet, pari animo constantiâque propugnarent, veritus ne ab re frumentaria com meatibusque laborarent, vrbe eiectis iis quorum nullus in bello usus esset, Montalcinum reuertitur ut pro tempore Senensibus subueniret: & hostibus detrimentum aliquod inferret. Sed cum sæpissimè Cæsarianos ab oppido Senenses repulissent, perpeffi iam à Strossiana pugna octo mensium perpetuam oppugnationem, Marignano legato Cæsaris Cosmóque Duci quibus omnia in circuitu oppida parebant, sese his conditionibus dedunt ad xj. Maij Calend. Perpetuò in fide atque clientela Cæsaris fore sese spondent: eundem verò minimè refecturum in vrbe arcem præter Senensium voluntatem promittitur: ac insuper circum oppidum exædificata castella euersurum. Ei tamen præsidium in vrbe habere, sed quod suis sumptibus propter Senensium attritas opes alat, permittunt: atque de republica, eiusque administrandæ ratione suo arbitratu statuere. Senensibus omnibus exceptis coniurationis authoribus venia datur: Gallisque Senensi ditio- ne atque Florentina incolumibus abire conceditur. Captis Senis Marignanum ad Portum - Herculis exercitum ducit, vbi Strossa tum inualidum præsidium habebat: ac breui quassato tormentis muro tantum terroris oppidanis infert, ut magna pars eorum

Senenses
longa
Cæsaria-
norū ob-
sidione
fatigati
tandem se
resque
suas Cæ-
sari per-
mittunt.

omnem in fuga salutis spem poneret. Tum Marignaniani in oppidum irrumpunt: ac ad quadringentos è nostris interficiunt: adhæc Paulum Saluatium, Petrum Paulum Tufinum, Camillum Martingum, aliósque complures capiunt. Tum Turci in mari Italico vagabantur: ac ne se Gallicis copiis coniungerent, Marignanus magnoperè meruebat. Hi Plombinum oppidum aggressi ab oppidanis sunt repulsi: ac Illuam quoque oppidum in insula, quæ erat in Cosmi Florentiæ Ducis ditione positum frustra oppugnauère. Ad hoc fere tempus Reginaldus Polus Cardinalis cùm ad Cæsarem Henricumque Regem sapiùs adiisset, ab his impetrat, vt eòdem legatos è suis fidissimos mittant, qui de compositione colloquantur. Maria Angliæ Regina pacis studio adducta valde idoneum colloquio locum deligit æquo fere interuallo inter Itium portum Caletum oppidum, quod tum ab ea tenebatur: Ardæamque quæ sub imperio Henrici erat: atque Grauelinis Cæsariani iuris vrbe interiectum. Multa inter legatos viros clarissimos Carolum Lotharingum Cardinalem, Annamque Mommorantium Magistrum equitum ab Henrico missos: Antonium Perrenotum Attrebatensem Episcopum Cæsaris, Philippique filij legatum: Arondelium præterea Comitem Pagetumque quos Maria Regina miserat cùm de veteribus controuersis, tum de recentibus vltro citroque agitata: & in magna omnium expectatione res fuit: sed multis in ea re

Reginaldus Polus Cardinalis P. legatus, de componenda pace inter Principes Christi anos egregiam nauat operam.

Legati Cæsaris & Henrici pluribus consumptis diebus in componenda pace, re infecta dicuntur.

consumptis diebus perfici nihil potuit. Cùm Mom-
 morantius ex sermonibus collatis cum Cæsarianis cõ-
 iectaret incursum in Campaniam Cæsarianum equi-
 tatum esse facturum; Niuernum Ducem Campaniæ
 Præsidem eius rei facit certiozem. Is contractis subitò
 copiis, & re quantum potuit occultata, difficili admo-
 dum itinere, eoque quàm celerrimè confecto Maria-
 burgum magnam annonæ copiam infert. Tum Marti-
 nus Rossanus Tribunus militaris Cleuiæ Cæsaris lega-
 tus magnas copias in Campaniæ fines duxit & Giuæ-
 sum castellum loco edito positum ad Mosam flumen
 positum summo labore atque diligetia muniebat. Sed
 is statim peste qua eius exercitus grauiter conflataba-
 tur extinctus est. Niuernus Dux, cuius tum non exi-
 guæ copię fuere in quibus erant Andræanus Tribu-
 nus militaris, Nemorosus Dux, Alboëuius Marchio,
 Anebas, Rupefocas Comes, Sanfax, Cipetra, Mompe-
 fax, Crussolus, Susa, Nigrapellis, multique alij ex illu-
 strioribus Galliæ viris ad hostium castra ad Giuæsum
 cum exercitu proficiscitur, & cum Cæsarianis leuiori-
 bus præliis configit: eosdemque in equiorem locum
 adducere vt iusto prælio cum iis decerneret, nitebatur:
 & ni id assequi posset castra ipsa hostium ac Giuæsum
 castellum in quo Barlomonianus præfectus rem cura-
 bat, aggredi constituebat. Sed per Bocalem à Rege
 missum ne rem in pugnæ discrimen deduceret, prohi-
 bitus, his rebus superfedit. Deductis vero ex eo loco
 copiis Saltorum & Simæsum oppida in quibus exiguū
 præsidium inesse nunciabatur, redigere in potestatem

Giuæsum
 castellū.

Saltorum
 & Syme-
 sum op-
 pida.

statuit: & Rocamanium filium qui Saltorenses oppidū tradere iuberet præmittit, cū id facturi pro sua paucitate viderentur: ipse ad Simæsum exercitum deducit. Saltorenses primū æquis conditionibus facere dedicationem paratos demonstrant: sed eosdem consilium mutasse confestim intelligitur. Simæsi cū Niuernū tormentis muralibus carere comperiissent imperata facere recusarunt. Interim Illermus Nassauus Auranciæ Princeps Cæsaris legatus ad castra venit: & vt Giuæsi noui castelli munitiones perficerentur, omni studio contendit: illudque Carlomōtanum nominauit. Idem ad motis ad Fagnolium castellum vbi Gallicum præsidium erat tormētis vi illud cepit, ac dirruit. Tum quoque non procul à Saltoro Philippeam oppidum maxima operarum multitudine conducta edificauit. Ad id tempus Ialla præfectus Gallicæ nobilitati quæ fundorum patronalium causa merere annuatim, cū est opus, ad quatuor menses cogitur, vnà cum Humiere Peronæ præfecto in Artisiam vsque proficiscitur: quos demorari qui in Attrebatibus præsidio erant & Gandauensis Vicecomes nixi minimè eorum impetum ferre possunt: pedemque ipsi referunt. Sed cū onusti præda Iallæani ab Artisia redeunt, & incompositi iter faciunt. Ochimo Bapaumæ præfectus cum præsidio egressus in fugam eos vertit: & Iallam Humieremque ausos resistere grauitè saucios capit. Sed ne ea re animis elati hostes maiora aggredierentur, Gaspar Collignius Castillio, quem Annebæ præfecto Gallicarum classium successisse memorauimus, & cui Picardia

Nassauus
Auranciæ
princeps
Cæsaris
legatus.
Carolo-
mōtanū.
Fagnoliū
castellum
captum.
Philippea
oppidū.

Ialla Hu-
mieres
que capti

provincia attributa à Rege erat, statim atque Antonius Vindocinorum Dux Ianæ Henrici Nauarræ Regis vnicae heredis coniux socero in regni nomen successisset & Aquitaniae Præses ab Henrico Galliarum Rege dictus esset, diligentissimè prouidit: ipsèque Henricus Rex ad Villacoistaretium non procul à Cæsarianis castris accessit: & ne quid Aurancius detrimenti nostris rebus inferret, prohibuit. Eodem fere tempore Geneuæ quò è Gallia vndique multitudo hominum religionis Geneuensium causa legumque de religione regiarum metu confluebat, coniurauère contra ciuitatem nonnulli viri ex his qui tum magistratus obtinebant, ad hoc consilium ea ratione inducti, quòd à Gallis quorum permulti in ciuitatem allecti erant, exæquari suffragiis cum de republica agebatur, ægrè admodum ferebant. Hi quòd in periculum Gallos adducerent, constituta nocte tumultum in vrbe facere statuerant: & in armis esse Gallos, suæque potestati subiicere ciuitatem exclamare. Nam exaudito primo tumultu Gallos in vias, plateasque è vestigio prodituros existimabant, sed hi domo sese continuère: deprehensumque est consilium coniuratorum, quorum partim facto iudicio suppliciis addicuntur: partim fuga facta saluti prospiciunt. Henrico Regi cum nunciatum esset ex orbe nouo, iisque insulis quas fortunatas vocant, Hispanos Mercatores cum onerariis nauibus circiter triginta in Flandriam

Magistratus Geneuensium in Gallos conspirat sed recognita, coniuratores suppliciis addicuntur.

nauigare: quibus nauibus varij generis magnique
 pretij merces conueherentur, classem quæ eas exci-
 peret, quòd essent tormentis & bellico omni ap-
 paratu instructissimæ, parare instituit, & præfectos
 in Normaniam misit, qui naues omnes quæ es-
 sent in eius prouinciæ portibus, maxima celeritate
 conquirent, eòdemque conducèrent. Cognito
 Regis consilio Dieppenses, cuius ciuitatis longè
 est amplissima authoritas omnis oræ maritimæ ea-
 rum regionum: quòd & naues habent plurimas,
 quibus quoquouerfus ac Calecutum vsque & remo-
 tissimas à nobis terras nauigare consueuerunt: & sci-
 tia atque vsu nauticarum rerum ceteros antecedunt,
 à Rege poposcere, vt id negotij suæ fidei, virtu-
 tique concrederet. Ea re impetrata naues expe-
 diunt numero ad octodecim: easque magno mili-
 tum numero complent, portuque educunt: &
 Spinauillam summæ rerum clasique præponunt.
 Vbi hostium naues visæ sunt, non satis Spinauillæ
 cum ceteris præfectis quibus naues singulæ erant
 attributæ constabat, quam pugne rationem insiste-
 rent. Multò maxima pars in nouissimas hostium
 naues impetum faciendum sentiebant. Nam prio-
 res sese à periculo abesse existimatuos, eoque pro-
 tinus fugam arrepturos, propter ea quòd in lucro
 essent positura, si tanti pretij mercium aliquam certè
 partem conseruarent: contraque si cum vniuer-
 sis pugnaretur, fore vti è periculo animi ipsis ac-
 crescerent. Spinauilla sibi rem cum principe hostium

Spinauil-
 la gallicè
 classi præ-
 ficitur.

naue futuram pronunciat: & per cæteras ad eam per-
 rupturum, præfectos cætera iubet curare. Idem ubi na-
 ues incitasset, necquiquam repugnantibus hostibus &
 tormenta emittentibus principem eorum nauem ap-
 prehendit: præfecti cum cæteris conflagunt. Pugnatur
 vtrinque fortiter: neque Hispani multum Dieppensibus
 virtute concedebant: sed nauium grauitate, atque
 tarditate impediabantur: eaque ingenti mercium pō-
 dere onusta non eundem vsum celeritatis atque Diep-
 pensium naues habebant: quamobrem singulas binis
 hostium nauibus Dieppenses obiciebant: & iniecta
 manu ferrea, harpagonibusque eorum naues retinebāt:
 ac diuersi pugnabāt: moxque in hostium naues trans-
 cendebant: quorum magno numero interfecto, cum
 Dieppenses acriter instarent, positis antennis de dedi-
 tione significare Hispani cœperunt. Cum iam in por-
 tum Dieppenses naues hostium compellerent, fortuito
 puluis tormentarius igne correptus hac illacque euo-
 lans multas cum Dieppensium, tum Hispanorum na-
 ues inflammavit. Facies tum rerum miserabilis: homi-
 numque & mercium acerui momento temporis igne
 atque vndis absorbebantur. Distentis ea re Dieppensi-
 bus nonnullæ naues hostium sese è flamma eripiunt,
 atque profugiunt: Dieppenses septem è reliquis in por-
 tum perducunt. At verò tametsi amplissima mercium
 copia magno emolumento erat futura ciuitati: tamen
 cum non exiguum suorum numerum in prælio ami-
 sisse, quos vel ignis vel hostis confecerat: Spinauillam-
 que Ducem desiderare recordarentur, fuit ea victo-

Nauale
 prælium
 inter His-
 panos &
 Dieppen-
 ses.

Septē na-
 ues ho-
 stiu, à
 dieppen-
 sibus ca-
 pte.

ria luctuosa atque lamentabilis Dieppensibus. Sed in Subalpina prouincia Brissax eductis Casalo copiis Pomarem castellum expugnat: móxque ad Valenciam profectus ad id oppidum castra posuit. Inde promotis ad Saluatorium castellum Montisferacis Marchionatus copiis, tormentisque ad id adhibitis murum deiicit: & ad deditioem castellanos compellit. Id castellum, nonnullaque alia finitima, ne si hostis reciperet, iis ad premendos eos qui relictis Cassali in præsidio erant, vteretur, Brissax euertit. Eius quòd tam prosperi successus essent, Cæsar Albam Ducem in Subalpinam prouinciam cum exercitu mittit, qui Brissacis impetum cohibeat. Alba Dux qui firmissimas copias haberet, Vulpianum quod satis erat commeatus continuo biduo ad Iulii mensis exitum intulit. Paulò pòst Trinitarius Vallifenerio oppido cui præerat, eductis equitibus quadringentis, peditibus quingentis agros proximos populabatur. Is tùm in aliquot cataphractos ac leuioris armaturæ equites nostros cùm incidisset, multos è suis equitibus desiderauit: ac pedites prope omnes. Cæsariani Fracinetopadium castellum haud procul à Casalo positum cùm expugnassent, præfectum in crucem sustulère: milites Gallos in remigationem dedidère: Italos omnes sustulère. Inde Alba Saniacobium munitum à Brissace oppidum oppugnat: diés que ad quindecim ea in re consumit. Erant præsidio Saniacij Boninius peditatui Subalpinæ prouinciæ præfectus: ac cum eo vnà Lodoicus Biragua cum duobus Gallorum peditum millibus: Rokendolphus cum duobus Germanorum

Victoria Dieppensibus lamentabilis & luctuosa. Pomarè castellum Brissax expugnat.

Saluatorium castellum euertitur.

Fracinetopadium captum à Cæsarianis.

Saniacobium oppidum Cæsariani oppugnant.

Albani
equites.

Claudius
Lotharin
gus cum
novis co-
piis in
subalpi-
nam pro-
vinciam
mittitur.
Alba dux
ab oppu-
gnatione
Seniaci
discedit
Vulpia-
num op-
pidum
obsidetur
à Gallis.

Fortasse
legendū
Rupefo-
ca sicuti
suprà.

peditum signis: & Theodatus Bedana cum pari numero Italarum, centumque Albanis equitibus: præterea Damuilla, alique viri illustres multi: quorum virtute Cæsariani à mœnibus sæpe repelluntur. Sed de Albæ aduentu eiusque copiis factus Henricus Rex certior, novos delectus in Gallia habuit: easque copias subito in Subalpinam regionem misit. In his copiis fuere Claudius Lotharingus Aumalliæ Dux vniuerso exercitui præfectus, Anguianus Condusque Principes fratres: Nemorosus Dux, Thermes, Carnuus, Vassius, Gonorusque auratæ militiæ equites. Vbi eam manum aduenire Albæ Duci renunciatur, à Saniacio discedit amissis circiter duobus militum millibus: seque munitioribus locis tenet. Aumallus Dux qui in exercitu ad duo & viginti peditum: equitum quatuor millia haberet, Vulpianum quod oppidum Cæsar Neapolitanus cum amplius mille hominum præsidio obtinebat, oppugnare instituit. Postquam eius oppidi mœnia qua parte est humilius essent euerfa, Galli milites in id irrumpere connixi sese in fossam aqua exundantem deiiciebant: sic vt pubetenus extare cererentur. Ab oppidanis repulsi crebris pilarum plumbearum sclopis emissarum ictibus, multos è suo numero amisere: in his Creancium Comitem: nec minorem ipsi cladem oppidanis intulere. Alba Dux Emmanuelem Lunium cum sexcentis militibus subsidio Vulpianis miserat. Is cum traiecto Pado consilia iniret quo pacto à Rupeposa cui eius intercipiendi negotium ab Aumallo datum erat, insidiis excipitur.

Eius milites partim cæsi: pars capti: pauci Vulpianum irrupere. Sed experiunda sibi omnia Aumallus arbitratus cuniculos ad aliam oppidi portam agit: murumque & aggerem deiicit: & diuersis locis eodem tempore oppidanos aggreditur: eis instat acerrimè: & Anguianus, Condusque Principes cum aliis ex nobilitate illustrissimis compluribus gregariorum militum explent officia: seseque periculis omnibus exponunt. Oppidani cum diu fortiter restitissent, magnaque virtutis exempla extremis rebus edidissent: tamen vario oppugnationis genere fatigati defessique oppidum Aumallo permittunt quarto & vigesimo quã euenisset die: ac ab eo incolumes cum suis rebus vt abeant impetrant. Id fit ad XIII. Calend. Septembr. Id oppidum quòd magna ex eo incòmoda Cæsariani nostris intulerant: & Turinũ ad continendam in obsequio finitimam regionem satis idoneũ videbatur, dirui Aumallus iubet. Dum hæc agerentur, Alba Dux Pontem Sturium diligenter munitabat: vt Casalo Gallos Turinũ Pado flumine nauibus aduehi deinceps prohiberet. Capto Vulpiano Rupeposa vnà cũ Rocandulpho, atque duobus leuioris armaturæ equitum turmis duo Hispanorum peditum signa qui magno carrorum numero com meatũ Pontem-Sturiũ comportabant, & duo secũ tormenta vectabant, morari enixi ab Hispanis qui conferti post carros illis pro munitione vtebantur, magno suorum numero amisso, atque Rocandulpho grauiter vulnerato repelluntur. Sed quòd in Casalo sub gendo astus profecerat, Saluasonis suasu qui fuerat eius

Emmanuellis Lunii fortuna.

Vulpianes sub conditionibus Aumallo sededunt.

Vulpianũ euertitur.

Rocandulphus vulneratur magno suorum numero amisso.

Montem
caluum
oppidum
altu Aumal-
lianum
capiunt.

Galli no-
biles qua-
tuor toti-
dem Cæ-
sarianos
in singu-
lare cer-
tamen
prouocat.

Clarom-
tanus in
insidias
Piscarij
marchio-
nis inci-
dit.

rei author Montem-caluum noctu inuadere: & mu-
rum scalis admotis ascendere Aumallus statuit. Id tan-
to silentio fecit, vt prius quàm eius rei quicquam oppi-
dani sensissent, Aumalliano milite oppidum comple-
retur. Eo capto Cæsariani qui in castello erant Aumal-
lo resistebant. Sed sex dierum oppugnationem perfec-
si castello abiêre. Dum ad Montem caluum Gallicę co-
pię, & Cæsarianę ad Astam morantur, prouocauêre
Cæsarianos Galli nobiles quatuor ad singulare certa-
men, equestrémque cum hastis concursum: cuius rei
cùm potestatem Cæsariani fecissent, locusque esset
constitutus, Galli ad mille passuum interuallum in in-
sidiis quingentos equites, & ducentos sclopetarios mi-
lites locauêre: vt si fidem Cæsariani fallerent, nostri cõ-
seruarentur. Concurrêre Nemorosus Dux Piscariúsque
Marchio: & fractis hastis in equis constitêre. Tum Clas-
sius Vassę torquati equitis filius cum Malaspina Mar-
chione congregitur: & graue in gula vulnus accipit: è
quo paucis interiectis diebus moritur. Ab his Manes
Rupeposę legatus cum Alba præfecto militum Hispano
eundem atque Classius casum subit. Moncha cum
Caraffa Neapolitano congressus eum hasta transfigit.
His gestis quòd hyês appropinquaret, exercitũ in hy-
berna Brissax Subalpinę prouincię Præses Aumallo-
iam in Galliam reuerso distribuit: quò dum cataphra-
cti equites quibus Claromontanus præerat abeunt, ex-
cepti insidiis à Piscario Marchione complures è suo
numero desiderauit Sed Saluaso Casali præfectus Cæ-
sarianos ad Alexandriam insecutus par hostibus dam-

num intulit. Eodem tempore Paulinus Garda Baro cū Franciscum Turnonem & Carolum Lotharingū Cardinales Romam nauibus portasset, in Florentinū quendam portum tempestate est delatus: quò cū Hispanicæ naues vndecim appellerent, in quibus ad sex millia Hispanorum erant, cum his congregitur: eorūque duas naues redigit in potestatem, in quibus ad mille quingenti milites numerabantur. X. Calend. Nouembris Carolus, V. Imperator cuius ætas ingrauesceret, conuocatis multis Principibus ac ciuitatum Belgicarū legatis sese Bruxellis publicè suis regnis omnibus atque Principatibus abdicauit: eaque Philippo filio ex Hispania euocato attribuit: Tum eū eiuscemodi oratione ad populum vsus accepimus.

Paulinus Garda prelio naualli cum hispanis congregans naues duas in potestatem suam redigit. Carolus V. se suis omnibus regnis abdicat, eaque Philippo filio attribuit.

Scitis quàm mite ac moderatum meum in vos imperium semper fuerit: nec vlli me rei vnquam pepercisse vt vos vestrasque vrbes atque possessiones vel cum vitæ fortunarūque omnium discrimine defenderē: quàmque chari mihi sēper fueritis, nullus credo ignorat vestrum. Ac contrà vestrę in me obseruantię atque amoris amplissimos tulisse me fructus fateor. Nunc affecta ætas inseruire valetudini, ac in id solum vbi sum educatus quod meis egrotationibus leuamento fore medici censent, reuerti cogit: atque reliquum ætatis procul à republica habere: & dehinc diuina meditari solum vti ex hoc orbe demigrare in cælum expeditiori liceat & detur. His de causis Philippo filio, qui mihi heres esse legibus debet, regnorum meorum ius omne mando credoque: vósque vt eius mecum rei authores

Casaris V. oratio ad populum.

Carolus vt rebus cælestibus vacare possit, principatibus suis se abdicat.

fitis atque filio ad Dei immortalis gloriam procurandam, iustitiamque administrandam & patriam conferuandam adsistis oro quæsoque.

Cùm præsentibus omnes Caroli orationem plausu & faustis acclamationibus comprobassent ad Philippum filium genibus suis aduolutū conuersus: Quicquid, inquit, fili, regnorum possessionūque habeo excepto certarū rerum vsu fructu sicuti tabulis ea de re confectis continetur, dono tibi do, tuæque commendo fidei.

Philippi
filius ad
Cæsarem
patrem
oratio.

Philippus cùm surrexisset Gratias, inquit, Optimo Maximo quantas possum ago, habeboque dum uiuam, quòd me tali tamque egregio gigni parente tantaque gente decreuerit. Nunc verò tantis me donis atque honoribus cumulatissimè ornantem obnixè precor mihi semper ut adsit propitius: neque me vnquam deserere instituat: quòd mihi nunquam quicquam excidat contra eius mandata præceptaque: Verùm hocce mihi beneficij tribuere dignetur, ut ei populo quem meæ fidei concredidit ita præsim, id ut ipsi Deo gloriosum: Christianæ autem religioni adferre incrementum possit. Tibi verò Carole pater immortales gratias ago, quòd me educari perquam liberaliter atque honestissimis moribus institui, & regiis disciplinis erudiri studueris: & verò de me nunc, cùm id ætatis quæ apta rebus est gerendis attigerim, tantum iudicium feceris, ut rebus cum primis arduis præficeres: totque ac tantorum bonorum cumulos conferres. Vobis etiam Principes ac populi legati gratias maximas ago quòd me à patre modò Regem appellatum tam

libentibus animis suscipiatis: vobisque hoc confirmo, me tam sanctè rempublicam esse gesturum, vt vos vestræ authoritatis, atque assensus nunquam pœniteat.

Maria tum Vngariæ Regina Cæsaris germana populum sic affata dicitur. Abhinc tres & viginti annos Belgicam prouinciam mihi à Cæsare fratre mandatam omni cura & diligentia gessi: neque quicquam prætermisi, quod ad salutem aut commodum reipublicæ pertinere existimarem. Quod si quid secus admisi, id imprudenter certe atque inscien-ter feci: & mea à te acta probari, Cæsar imperator, vehementer lætor atque gratiam plurimam habeo: meque tuæ profectio- nis comitem suscipias vehementer rogo. Tum Cæsar populum sacramento quo sibi esset obnoxius soluit: ac regio relicto solio eidem confidere Philippum filium iussit. Is tum populum nouo sacramento sibi obligauit: ac statim publicè sigilla Imperatoria quibus gentilitia Caroli adiuncta fuêre, sunt comminuta: noua verò in quibus forma facièsque Philippi exculpta erat cum eius insignibus sunt prolata, ac iis plæræque in integrum restitutiones reorum consignatæ. Eodem tēpore Carolus legatos ad Electores Imperatorios misit, quibus eos ad concordiam graui admodum oratione cohortabatur, dissentionésque omnes inter se componendas: quod ni facerent certum illis omnibus periculū denunciabat. Adhæc sese valetudinis causa abdicare imperio significabat: atque vt Ferdinandum fratrem iam olim designatum Imperatorem ocius renunciarêt,

Maria
vngariæ
reginæ ad
Cæsarem
fratrem
oratio.

Cæsar se
abdicat
imperio.

admonebat: atque etiã omnibus id precibus ab iis contende-
 bat, p̄rque sacra omnia coniunctionemque & necessitudinem cum iis suam obtestabatur. Tum Philippum filium pro suis in eos ac rempublicam meritis maiorem in modum eis commendabat, quibus quoque de rebus ad Ferdinandum fratrem legatos vnã cū literis misit. Paulò post id tempus ipse Ferdinãdus cū intelligeret Solymanum Turcorū Imperatorem Vienne oppugnare instituisse, eòque exercitum adducere, magnas ipse quoque copias quę Solymanum prohiberent eòdem conduxit. Ad anni huius exitum Belloioocus Burgundus vnus è præfectis qui Theonuille in præsidio fuere, corruptis pecunia nonnullis custodiis Eneriani castelli quod à Meti prope abest, noctu id castellum occupauit. Sansax Veruville Metensis prouincię præsidis legatus coactis quantas potuit copiis eò tormenta promouit: idque castellū recepit. Paulò post Niuernus Dux auxiliis à Castillione Præsidente Picardię Sansaceque missis difficillimo anni tempore commeatum Mariaburgum induxit. Iam antea ad XV. Martij Calen. edictum regium in Senatu Parisiensi recitatum fuerat, quo in singulis curijs Præsidualibus & in paucis quoque aliis minoribus, Quæstor criminum proposito ei annuo sexcentorum francicūm stipendio instituebatur: ei demque suppræfectus militaris cum trecentorum francicūm stipendio adiungebatur. Lictores verò seu Accensi seni quaterniue cuique attribuebantur. Latrunculatoribus autem passim, exceptis iis qui in decem primariis Gallię prouinciis essent, mun⁹ abrogabatur.

Solymanus Turcarum imperator ad Vienne oppugnam festinat.

Enerianū castellum à Cesarianis captū recuperatur.

Quæstor criminū instituitur.

Latrunculatoribus exceptis iis

Mox

Mox etiam in regiis quibuscūque cūriis suppræfecti Quæstorum militares viri vnà cum quaternis accensis sunt creati. Sed hæ leges quòd nouæ atque insolentes viderentur ferè sunt repudiatae. Pridie Iunij Idus lex in Parisiensi curia promulgata est qua in edificiis quicquid in plateas viasque prominere euerti Lutetiæ iuebatur, atque idem postea primis in Galliæ cæteris oppidis vt fieret, Rex edixit. Sub id quoque tempus lex in regia conscribatur, qua regij magistratus de iis supplicium sumere quos hæresis Quæsitores, eorumue legati condemnassent: nec de eorum iudiciis amplius quærere iuebantur. Ea lex cum Senatus Parisiensi ex instituto veteri promulganda missa esset, Senatus per legatos è suo ordine ea de re missos in hanc sententiam Regi VII. Calend. Nouembr. rescripsit.

qui in decem primariis Galliæ prouinciis erant, munus abrogatur.

Lex de edificiis in plateas prominentibus fertur.

Senatus Parisiensis Henrico Regi Christianissimo S. Cum de lege de hæreticis nuper conscripta conuocatis vniuersi Senatus classibus deliberassemus, pro nostra consuetudine quid in ea requiramus, & cur edendam minimè ceseamus, & literis, & legatis è nostro numero missis viris prudentissimis significare tibi, Rex optime, necessarium duximus, quod vt in bonam partem accipias, maiorem te in modum obsecramus. Lege ante quadriennium lata quæstionibus de hæresi tuos magistratus iudices præfecisti: præterquam si quid eiusmodi incideret, vt id quod proponeretur, hæresi necne esset ascribendum ambigeretur: de quo decernere Doctores Theologos atque Episcopos eadem lege statuis: eisdemque Episcopis iudicia de iis qui sunt initiati fa-

Senatus parisiensis de non edenda certa quadam lege ad Henricum oratio.

cris permittis. Hęc noua lex tam æquum ius abrogat, antiquatque: eòsque qui sub tuo imperio & sunt & esse debēt, potestati Ecclesiasticorum iudicium atque Quæstitorum subiicit. Qua certe re dignitatem authoritatēque tuam, qua cæteros mortales tantopere antecessis, lædi grauiter infringique iudicamus. adhęc iustissimam queritandi de te causam tuis præbere: quippe quos manifestissimè & lege quidem scripta deferas: & potestati atque ditioni alienæ subiicias. Etenim hac lege singulorum Gallorum fama, fortunæ, salus denique Ecclesiasticis iudicibus permittuntur: cùm prouocare ab eorum sententiis vetet: vnicūmque innocentia præsidium his, qui tuo imperio parent, adimat, atque præripiat. quæ tibi consideranda diligenter res est: nec te quod tibi vni in populum licet, aliis dare par est, aut potes. Quis verò hoc non videt, si quando Episcoporum legati, hæresisque Quæstitores bona, vitamque cuiusque generis hominum ne Principibus quidem exceptis, suæ potestati subiecta perspiciant, seque authoritate regia pollere, tanta ista potestate superbè atque arroganter vsuros, multisque rebus officio defuturos? Hoc sat esse causæ statuimus, cur hac in re tenere modum instituas. Quod quidem nostra sententia feceris, si tuis magistratibus de hoc crimine quæstionem atque iudicium mandes: cùm verò id quæretur, sententiæne quæpiam hæresim necne sapiat, de ea re statuere sacerdotes decernas: eisdemque in suos exercere iudicia concedas: à quibus cùm rogandus tibi Ponti-

De heresis crimi-
ne recte
regii Mag-
istratus
iudicant:
At sententi-
a quæ-
piam hæ-
resim nec
ne sapiat,
de ea re
statuere
sacerdo-
tes debet.

fex Maximus, vt tuos magistratus de his appellatio-
 nibus cognoscere permittrat. Quin illud quoque in
 promptu est quod statuas, vt vltima hæc iudicia ap-
 pellationum à Consiliariis tuis in sacerdotum ordinẽ
 receptis fiant: & cum numerus defuerit, in eorum lo-
 cum sufficiantur viri summa integritate, innocentia,
 sanctitate, & religione. De Quæstoribus ita sanciatur,
 vt Quæstor in singulis prouinciis legatos viros pro-
 bitate atque integritate præcellentes constituat: itẽm-
 que vt Episcopi non rei sumptus habendæ questioni
 necessarios faciant: de quibus restituendis iudicio facto
 statuatur, si res ita postulabit. Hæc sunt quibus de
 hoc crimine iudicia rectè posse constitui censemus.
 Sed quoniam de hæreticis sumpta supplicia quæ ex
 vsu esse reipublicæ non negamus, minimè ad fru-
 gem hætenus quenquam perduxere: idque palam
 est venienti morbo occurrere multò esse satius,
 quàm cum sensim vires acceperit, medicinam
 adhibere: tibi, Rex, vetustioris Ecclesiæ vestigiis
 insistendum censemus: quæ non ferro aut ignibus
 coaluit: sed diuini verbi prædicatione, bonisque mo-
 ribus: cum virtute atque sanctimonia Episcopi olim
 cæterorum hominum vitæ prælucere. Quo circa e-
 tiam atque etiam curandũ tibi, vt Episcopi, cæterique
 Antistites per se officio fungantur, verbũque Dei
 doceant: aut alios idoneos homines parent qui id
 eorum vice agant. Tum verò in posterum nullis
 Ecclesiæ credantur, nisi iis qui ei muneri erunt
 pares, sic vt vicaria opera haud quaquam indigeant.

Vetustior
 Ecclesia
 non ferro
 aut igni-
 bus coal-
 uit, sed
 diuini
 verbi præ-
 dicatione
 & sancti-
 monia e-
 piscopi.
 Qua ra-
 tione viã
 hæresibus
 occludere
 possimus.

Hic tibi insistendum: hæc sedulo curanda res est: ex qua hæreses omnes pessum ituras sperare certe licet: que si ratio spernatur, nullę leges nulla remedia hæreses cohibebunt.

*Ioannes Brosse
Regi Britannię
to ducatu cessit:
& ab eodem
Comitatu
Pontęurię
inuestitus est.*

Hoc anno Henricus Rex cum Ioanne Brosse Stemparum Duce de eo iure quod in Britannię Armoricę Ducatu sibi Brosses vendicabat ita decidit, vt is Regi Britannię Ducatu toto cederet: ipse Pontęurię Comitatum optimo iure possideret.

[Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.]

[Faint marginal notes in the left margin, including the name 'Ioannes Brosse' at the top.]



THOMÆ CORMERII ALEN-
conij Rerum HENRICI II. Galliaë Regis
gestarum,

Liber quintus.

Nclinabant ad pacē animos Henricus
Galliaë, Philippusque Hispaniæ Reges:
cùm alterius vires infringere haud fa-
cilè vterque posse videretur: eorùmque
legati conuenère, vt si per colloquia
tametsi iam ante necquiquam facta
inueniri ratio quiret, qua tantæ inter potentissimos
Principes discordiæ componerentur, eam non præter-
mitterent. Sed cùm de suo iure alteri quicquam con-
cedere neuter in animũ induceret, conuenire pax non
potuit. Attamē vt summis calamitatibus oppressus po-
pulus paululum respiraret, in quinquennium inducias
pepigère Nonis februarij anno à partu Virginis mille-
simo quingentesimo quinquagesimo sexto: ac earum
iureiurando confirmandarum à Philippo Rege causa
Bruxellas ad eum Castillio præfectus classium Galli-
carum ab Henrico Rege mittitur: ad ipsum verò à Phi-

Inter Phi-
lippum
hispaniæ
& Hæricũ
Galliæ re-
ges in
quinquẽ-
nium in-
ducia.

1556.

lippo Lalænus Comes. Sed de pretio quo capti in bello redimerentur, non conuenit. Erant è numero eorum illustrissimi Ascotius Dux ad Ambianum captus à Gallis: & Bullionis Dux, Franciscusque Mommorantius Annæ Magistri equitum filius: qui Teroanæ expugnatione iam abhinc triennium uenerant in Caroli Cæsaris potestatem. Sed ferè dum hæc agerentur, Ascotius Dux custodia uel corrupta, uel elusa è Vicennis castello ubi ad Lutetiam detinebatur, euasit: & ad Carolum, Philippumque filium Bruxellas fuga se recepit. Non irridiculè Ascotio dixisse tum Carolum ferunt, quasi mendicum comprehensum: furis uero instar euasisse. Nam, ut supra diximus, cum ad Ambianum commisso prælio superatus, uili aggressique sumpta veste fallere nostros conaretur, minime ei dolus processerat: agnitionemque agricolæ ad præfectos regios perduxerant. Maio mense cum iudicium Burdegale fieret in Senatu de Arnaldo Moniero, Ioannéque Gazio quibusdam de vulgo hominibus de heresi accusatis in ea classe quæ iudiciis præest capitalibus, fuere iudicum pares sententiæ: cum sponte confessos, atque in sententia permanentes morte pars iudicum mularet: ceteri in cœnobium aliquod ad bimestre, pauloúe amplius tempus concludendos censerent: si fortè eo spatio edocti à peritioribus, & lectis uetustiorum Theologorum libris mutare sententiam uellent. Tridentinum concilium hocce tempore haberi: idque nonnullis derebus, quibus ij homines peruersæ doctrinæ arguantur, necdum statuisse: atque ei' decreta

Ascotius
dux ut
Médicus
captus est
à Gallis,
ab eorum
custodia
instar fu-
ris euasit.

de iis propediem in vulgus exitura : vt ea sine manifestissimo scelere vocari postea in quæstionem nequeant. Non sacris, non profanis libris esse traditum, qui vsquam à religionis præscriptis aberrassent, protinus suppliciis effectos fuisse. Id proximis demum quadraginta annis vsurpari cœpisse. Sed cum, vt in tali re fieri solet, ea dirimenda quæstio principi classi esset oblata, omnes summo supplicio Monierum Gaziûmque addixere, præterea vt custodiæ ad vrbs portas disponerentur, eæque clauderentur interim dum sumeretur supplicium, senatus decreuit. Insequenti mense à senatu Camberitano apud Sabaudos Ioannes Vernous, Antonius Laborix, Ioannésque Trigæletus Geneva missi in Galliam qui religionem eius ciuitatis regis legibus seuerè condemnatam, quibus locis daretur clanculum edocerent, morte afficiuntur : & cum iis duo quidam qui se illis comites itineris adiunxerant. nec Bernates qui in studiis literarum eos homines eius rei ergò aluerant, quod tùm iis fuit in more, exorare Regem religionis maiorum perquam studiosum potuere, vt iis parceretur : cum eam Bernatum Geneuensemque rationem ad summam Galliæ perniciem pertinere existimaret. Ioanes Tabous regius in eodem senatu Camberitano Cognitor abhinc quadriennium Remundi Pellissonis principis eius curiæ, Boëssonis, Rozeti, Grassinique Senatorum nomina de repetundis detulerat. Eum tantam rem eò suscepisse ferebatur, quòd vir gloriæ appetens quasdam ob res verbis grauioribus à senatu castigatus animi discutiabatur. Rex tùm eius rei

Burdegal-
lenfis se-
natus pri-
me Clas-
sis Iudi-
cium de
Moniero
Sazioque
hæriticis.

A Senatu
Camberi-
tano hæ-
ritici non
nulli
morte af-
ficiuntur.

Diuionē-
sis Sena-
tus in
quosdam
Cambe-
ritanacu-
ria sena-
tores fe-
uerum
iudicium.

Parienſis
Senatus
de Cam-
beritanis
ſenatori-
bus iudi-
cium.

Iudices
delegati
qui de
Taboi ac-
cuſationi-
bus iudi-
cium fa-
ciant.

quæſtionem Diuionenſi ſenatu mandauerat. Acriter eã
is ſenatus exercuit: Pellifſonemque notatum infamia,
traductumque in foro ignominioſè decem millibus
francicũm nũmũm mulctauit: atque in inſulam depor-
tauit. Boëſſoni, Rozetóque mulcta millenũm franci-
cũm irrogata magiſtratus abrogauit. Graſſinio octin-
genta francica mulctã dixit: annũmque iuſſit abſtine-
re magiſtratu. Pelifſo, Boëſſo, Rozetũsque poſtquã
mulctas exoluifſent, à Rege impetrauẽre, vt rem iudi-
catam Parienſis ſenatus recognoſceret. Is Diuionenſe
decretum induxit: litẽmque Taboo æſtimari calumnię
nomine decreuit: ac quæſtionem haberi diligentius,
rẽmque conſideratiũs perpẽdi. Senatus Diuionenſis
factus his de rebus certior per legatos miſſos è ſuo or-
dine contra morem factum demonſtrat, vt curiæ ſena-
tus iudicia recognoſcerentur. Euocatis Henricus Rex
è ſenatu Parienſi nonnullis qui ei iudicio adfuerant
Parienſe decretum confirmat: & qui de Taboi accu-
ſationibus iudicium facient, tres è Parienſi curia ſe-
natores: totidem è Diuionenſi: adhuc ſex ſupplicum li-
bellorum in regia magiſtros legit. Illi hoc demum an-
no ad III. Idus Octobr. Pellifſonem, Boëſſonem, Ro-
zetũmque abſoluunt: litẽmque Taboo præter ſuperio-
ris iudicij decreta Pellifſonis nomine eſtimant duobus
francicũm millibus: Rozeti verò octingentis francicis
nummis: eundẽmque Taboũ duobus francicũm mil-
libus mulctatum tædiferum nudatũmque veſtibus per
ora vulgi tum Lutetiæ, tum Camberiti traduci decer-
nunt. Carolus Cæſar ſub eiũdem Octobris exitũ cum

ante,

ante, sicuti suprà demonstrauius, Philippo filio regna sua possessionesque commisisset, nactus idoneam tempestatē, vnā cum Eleonora quæ prioribus nuptiis Emmanueli Lusitaniæ Regi, secundis Francisco Regi Galliarum Henrici patri elocata fuerat: & Maria quæ Lodoico Vngariæ Regi à Turcis cæso in acie olim nupserrat, sororibus Bruzellis profectus in Hispaniam nauigauit. Quem cum nonnulli hortarentur, ne Philippo filio deesse vellet, quem adiuuare consilio plurimum posset, eum sat per se valere prudentia ingenioque: tum corporis animique dotibus præcellentem ad rem publicam gerendam quàm se morbis senioque confectum aptiorem respondit: & cum in eo importunè persisterent, finem vt facerent obsecrauit: & se humanis rebus omnibus perfunctū, earumque omnium curam abieciisse pronunciauit: atque cœlestia demùm instituisse meditari. Philippus Rex vsque ad Oceanum patrem comitatus Gandauum rediit: ac Emmanuelem Sabaudia Ducem expediendæ pecuniæ causa, cuius tum egēs erat: & quæ magna ad nauigandum in Angliam opus erat, Bruzellas, vbi Belgarum conuentus agebantur, misit. Ad eam rem populi ordines duriores sese præbuere: & cum pecuniam conferre post longas preces promisissent, mox rationes sunt repertæ, quibus ea tota res interpellaretur. Sub hoc tempus Romanæ res Gallicam pacem turbauere: de quibus pauca exponere non alienum instituto nostro videtur. Iam ab eo tempore quo Paulus III. Pontifex Maximus erat creatus, Cæsarianis suspectus fuit, quod ad partes Gallicas eius volū-

Cæsar cū
duabus
sororibus
suis in
hispaniā
nauigat.

ras propensior videretur: atque à Caraffis eius gentilibus atque Melphitanis affinibus complures rebus Gallicis fauere aduerterentur: nonnulli item eorum à Cæsare despoliati ab Henrico Rege essent subleuati. His rebus & nouarum rerum studio adducti coniurauère contra Paulum Põtificem nonnulli è nobilitate, atque Cardinalibus: eiusque coniurationis principes Columnæ fuère: qui Caraffas non modò exæquari sibi honoribus, sed iam vulgò longè anteponi ferre omninò nõ poterant. Vt verò essent Romæ viribus superiores arma occultè comparauère, quæ suis popularibus opportuno tempore distribuerèt. Id vbi Paulus rescieuit, quantum militũ potest occultè quoque Romam accersit: ac Angelianæ arci firmissimum præsidium imponit. Demùm in ædibus Cardinaliũ omniũ, ac potentiorũ perquirat, quantum armorum insit: & multò amplius solito eorũ apud quosdam iam tum de coniuratione suspectos reperit: Floriũque Cardinalem Camillũ Columnã, Iulianum Cæsariũ, & Ascanium Corneum comprehendit iubet. Nec mora interposita, quòd Columnis cũ Vrsinis (quæ gens vtraque ceteras in ea regione omnes potentia antecedit, & multa oppida, castellaque possidet) maximas necessitudinis causas intercedere cognosceret: nec seditionẽ meliori ratione cõprimi, quàm si superiores opibus subitò coërceãtur, non exiguam militum manũ mittit, quæ suæ potestati Columnarũ atque Vrsinorum possessiones subiicerent. Ii Columnarũ oppida atque castella pleraque, tum Brachianum maximũ Vrsinorum oppidum in potestatem redigunt. Co-

Nobiles
quidam
Cardina-
lesque in
Paulum
III. Pon.
coniura-
uère.

lumnæ Philippi Hispaniarum Regis, cuius sese in fide esse dictitabant, opem aduersus Paulū Pontificem implorant. Philippus Ferdinādo Albæ atque Cosmo Florētīæ Ducibus, vt rebus omnibus Columnas adiutarēt mandat. Per eos Columnæ sua oppida castelláque recuperant: ac ad Romam, Hostiámque & Tyberis ripas propugnacula noua, castelláque extruunt. Paulúmque Pontificem in magnas angustias compellunt: Is tūm Henrici Regis subsidium inuocare: ac eius rei causa Carolum Caraffam Cardinalem fratris filium in Galliam legare ad Regem. Carrassa in Galliam cūm venisset, consecratum à Pontifice Max. gladium vnà cum ingentis pretij vagina munus Henrico à Pontifice in Fòbellaqueano præbuit: quo munere quasi sancto quodam classico Regem ad arma concitaret, propéque bellum consecraret: eundémque per pietatem eius in Deum, diuósque, sacráque omnia obtestatur, vt Christianæ religionis principi Rex Christianissimus, idémque primigemius ecclesiæ filius, sicuti regiū eius munus, ac tanti ab Apostolica sede collati in Reges Gallos honores atque beneficia astringerent, tam necessario tempore opem, auxiliúmque ferret: & suos maiores reminisceretur ab omni vetustate Romanis Pontificibus contra tyrannos, perfidósque Principes, qui aut Pontifices sedibus expulissent, aut vlla re alia violassent, auxilio fuisse. Non ità pridem Clementem Pontificem Maximum grauissimis iniuriis à Carolo Cæsare affectum, ac bonis omnibus exutum: atque ad eò nulla sacræ maiestatis reuerentia capti-

Pauli. xix
Pon. ad
Henricum
legari, &
eorū mu-
nus.

num factum, bonis atque honoribus à Francisco Gallie Rege Henrici patre summo studio atque contentione fuisse restitutum. Maximam possessionum bonorumque omnium partem Pontifices Romanos à Gallia Regibus accepisse: quæ tanto nunc eis studio conseruanda sint, ni à pietate maiorum desciscere instituant, quanto maiores ea Romanis Pontificibus cõpararint. Præter hæc iniecisse cupiditatem cogitationemque Regi Neapolitani regni recuperandi, quod nostris Regibus ab Hispanis per iniuriam fraudemque ereptum demonstrabat, Caraffa dicitur. Ad ea Henricus Rex respondit, nemini maiorum pietate in Deum atque Romanos Pontifices concedere: & quibus rebus possit demereri summũ sacrorum omnium principem maximopere cupere: sed prius experiendum sibi existimare, si Philippus Rex exorari sese, vt ad ius æquumque redeat patiatur. Idem Henricus Rex, cùm suum in Paulum Pontificem studium eidem probare in primis vellet, Caraffæ Cardinali acceptum à Ioanne Bertrando sigillorum Gallia supprefecto Conuenarum Episcopatum obtulit. Sed postquam nihil à Cæsare impetrare Legatis Literisque missis Henricus potuisset, magnis cum copiis Franciscum Lotharingum Guyse Ducem in Italiam misit, qui Paulo Pontifici subueniret. In eo exercitu ad quatuordecim millia peditũ: cataphratorum equitum ad sexcentos: leuis armaturæ ad octingentos censebantur. In eo quoque fuere Aumallus Dux, Alboeuus Marchio Guyse fratres, Nemorosus Dux, Eussius Comes Niuernorũ Ducis filius, Franciscus

Henricus
copias in
Italiam
misit, qui-
bus Paulo
pontifici
subueni-
ret.

Vindocinus Carnutum præfectus, aliique è Gallica nobilitate non pauci. Guyfa Dux quarto Nonas Nouembris profectus è regia per Subalpinam prouinciam iter habuit: & coniunctis cum Brifface copiis Vallenciam oppidum expugnauit. Inde traducto per Placentinum Parmanúmque agrum exercitu cum Hercule Ferrariæ Duce socero in Ferrariensis agri finibus collocutus Romam peruenit: cuius de aduentu nuncio ad Cosmum Ducem, Albámque Philippi Hispaniæ Regis legatum perlato, qui tum Paulum Pontificem oppugnabát, Latio copias deduxére: atque suis ipse rebus Cosmus metuens Florentiam se retulit: suáque oppida diligentissimè munire instituit. Ea opportunitate vsus Petrus Strossa, ad quem morte Roberti Martij Bullionis Ducis Tribunatus militaris Galliæ obuenerat, & qui ab Henrico Rege antequàm Guyfa Dux proficisceretur cum nonnulla manu equitum, peditúmque præmissus in Italiam fuerat, castella atque munitiones à Columnis atque Phillippianis constructas expugnauit. Epiphanalibus anno post Christi natalem millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, quibus indulgeri computationibus mos est, atque è conuiuissvnum sorte legi, qui Regem agat: & cui perpotanti à cetera turba fausta succlametur, Gaspar Collignius Castillio nauiticarum rerum Galliæ præfectus Douëum oppidum per insidias capere est connixus. Sed cum spes eum fessellisset, latissimè eius regionis agros vastauit. Mox in Artisiam profectus Iantium oppidum inuasit, atque diripuit. Id Philippus Rex belli initium, quod non ritè

Galli Vallenciam oppidum expugnât

1557.

Gaspar Collignius Douæensium agros populatur. Iantium oppidum Diripiunt.

Bullio
Dux ve-
neno ex-
tinctus.

esset indictum, est questus. Sed hæ belli causæ & rumo-
ribus & libellis editis vulgò commemorabantur. Bul-
lionem Ducem postquam de redemptione conuenis-
set veneno à Philippianis cum dimitteretur appetitum:
reducemque eo paulò post fuisse extinctum. Meguam
Comitem Luxemburgensis prouinciæ Præsidem mili-
tes qui Meti essent in præsidio, sollicitasse ad proditio-
nem eius rei conscio Sabaudò Duce. Barlomontanum
fisci Philippi Regis præfectum paulò post inducias
occupandæ Burdegalæ concilia iniisse: atque nonnul-
los è custodibus arcium quæ ad id oppidum perti-
nent pecunia atque pollicitationibus corrupisse. Iaco-
bum Flectiam muniendorum oppidorum atque oppu-
gnandorum summum artificem Feræ in Picardia de-
prehensum, atque confessum se ab eodem Sabaudò Du-
ce in eâ prouinciâ missum, vt eius oppidi situm, formam-
que: tum etiam Monterolij, Sanspirituani, Dorla-
ni, Quintinij, Mesieræ, atque aliorum oppidorum ex-
ploraret, atque pictura exprimeret. Cuidam etiã gre-
gario militi Prouinciali à Philippi Hispaniæ Regis
ministris multum auri promissum, vt Mariaburgi pu-
teis venenâ infunderet. Ad hæc Carolum Cæsarem
multum & sermone, & literis, nunciisque missis
cum Germanis Principibus ac ciuitatibus egisse, vt Me-
tim, Tullum, Virodunumque recipere in animum indu-
cerent: ac vt id assequi insidiis possent, omnia Carolum,
Philippumque filium esse expertos. Postremò Menil-
lianum præsidium Abbauillæ & Sanspirituani fines
vastasse. Auanense, Symæsenséque Capellæ, Rosei, &

Aubetonij: & qui id fecissent, in famem atque inopiam eius rei causam contulisse. Calendis Martij lex in Parisiensi senatu recitatur, qua lege parentibus potestas datur ex hæredes faciendi suis bonis liberos, qui se inuitis nuptias coniunxerint: & in eos animaduertere iudicibus præcipitur, qui eas nuptias procurarint, iisue consenserint: itémque quòd diuinis præceptis lex sit consentiēs, in præteritū quoque valere eā statuitur. Exceptio scripta, præterquàm si filij familiàs trigessimū annū ætatis excedant: filiæ familiàs quintum & vigesimū: præterea si liberis victricum matres induxerint: à quibus consilium eos petere sancitur: minimè tamen vt id sequi compellantur. Eius scribendæ legis Mommorantium Magistrum equitum Henrico Regi fuisse authorem ferunt: cùm missō Romam Francisco filio, vt inittam de nuptiis cum Piennia pactionem Pontifex rescinderet, is prolatando, & quasi ambigui iuris rem ad consilium identidem reuocando se Mommorantij postulatis duriorē præbere videretur. Sed reuersus in Galliam Mommorantius filius, cùm in suam sententiam adducere patrem non posset, se quidam summè deperisse Pienniam, atque eius nuptias expetiuisse est fassus: sed eò nunquàm progressum, vt inuito parente Piennix fidem obstringeret. Ita cum Diana Henrico Rege ex contubernio nobilis scæminæ nata, quæ Horatio farnesio Castriæ Duci Teroanę expugnatione interfecto elocata olim fuerat, matrimonio cōiūgitur. Tertio à superiore lege die lex item altera in eodem senatu promulgatur, qua vt maliciis scelerique earum

Lex de exheredatione filiorum, qui inuitis patribus nuptias contraxerint.

Diana Henrico Rege ex contubernio nobilis scæminæ nata Francisco Mommorantio elocatur.

obuiam iretur, quæ ubi se stupro polluissent partus enecabant: eosque & baptismo & sepultura priuabant, ita statuitur, vt quæ celasse vterum partumue conuincerentur, neque testationem de edito mortuo fœtu proferret, si partus baptismo, iustisque exequiarum careat, de matribus quasi de paricidis supplicium sumatur. Ineunte hoc anno quod cataphractorum equitum in Gallia restabat, in præsidia oppidorum quæ hosti erant finitima distributum est: & multò maxima pars in Capaniæ finibus collocata, quòd ea infirmior videretur: ac item vt Rupisregia cœptum ædificari ab Henrico Rege loco commodissimo oppidum, quod Mariaburgo & Malberfontano propinquis oppidis propugnaculo esset, & cōmeatus exportationem ea ad oppida faciliore redderet perficeretur. Cetera etiam oppida eius prouinciæ vt præsidiiis quàm optimè firmarentur, Niuernus Dux Præses diligentissimè prouidebat. Floralibus, quæ in diè pridie Nonas Aprilis incidebant, qui Philippeæ, Carolomontano, Symeso, Auanio oppidis præerant, consilium inière operas Rupisregiæ interpellandi, vallique quod nondum multum excreuerat rescindendi: eamque rem ita occultam habuere, vt Cambrium Rupisregiæ præfectum celaretur. Ii paucos præmisere qui ad pugnam oppidanos elicerent. Oppidani sprete prouocantium paucitate propè omnes oppido exiliunt: paulumque progressi hostium magnum numerum cernunt: qui eos intercludere conarentur. Sed cohortati inter se oppidani, ne tam necessario tempore animis deficerent, per medios hostes transgressi sese in nouum oppidum

oppidum recipiunt. Niuernus Dux Giuium suppræfectum cataphractorum equitum quibus præerat, qui opus diligentius perfici curaret eò misit. Id oppidum loco sterili est positum: ac fere spacio in circuitum binum passuum millium palludosa humus, aut vepribus, dumetisque septa vestitæque difficilem reddit eius oppidi oppugnationem. In eo exedificata tandem fuerunt quinque propugnacula, singula capacia fere binum militum millium: quibus nomina nostri imposuere, vni Regio: alteri Delphinati: tertio Mommoranciano: quarto Niuernensi: postremo Bordilonio. XV. Calen. Maij Vallisfinium oppidum Subalpinæ provincie Brissax cepit: ac tametsi magnum numerum militum ea expugnatio abstulisset, tamen mora nulla interiecta Querasum obsedit: ac tertio quàm ad muros conflixisset, oppidum irrupit: omnesque oppidanos qui arma ferrent interfecit. Eodem quo Vallisfinium expugnatum est die, lex in Parisiensi senatu sancitur, qua Episcopi atque Curiones assidui esse ad sua sacerdotia iubentur: & concionari ipsi sacris de rebus: vel qui id agant populo præbere. qui secus fecerint, sacerdotiorum fructibus mulctantur. Decimo tertio Iunij Idus Maria Angliæ Regina Philippi Hispaniæ Regis coniunx bellum per facialem Remis Henrico Regi denunciat, fecialis cum non impetrato tuto liberòque à Rege comteatu eò venisset, ab Anna Mommorantio Magistro equitum grauius est correptus: & si Henricus Rex summo eum eo agere iure instituisset, morte ei id temeritatis luedum ostendit. Ei sic Henricus respondit. Cùm Maria

Brissax
Vallisfinium &
Querasum
subalpinæ
provincie
oppida
capit.

Lex in Parisiensi
senatu lata
de Curionibus.

Maria Regina
Angliæ Henrico
Regi bellum
denunciat.

sine iusta causa bellum sibi denunciet, qui esset Anglis amicus: & turbatis rebus eorum summo studio subuenerit, sperare Deum rerum omnium arbitrum atque moderatorem æquissimum sibi vires largè daturum, quibus ab ea, quam sexus infirmitas ad moderationem compellere debuit, vim illatam defendat: sicuti suis maioribus fecisset, qui multis sæpe præliis Anglicam audaciam insolentiámque represserint. Feciali Rex pro regia munificentia aliquot aureos dono dedit. Pridie Nonas Iulij lex regia apud rationum regiarum præfectos eámque curiam quæ de tributis & indictionibus ius dicit perfertur, qua in singulis diocesesibus Coactores noui creantur qui id tributi quod quinquaginta millium peditum stipendio exoluendo ab oppidis Galliæ dependitur: tum decumas è sacerdotiorum fructibus conferri in ærarium solitas: itémque extraordinarij tributi quodcúmque genus exigant. Quartò verò Augusti Nonas lex in Parisiensi Senatu sciscitur, atque in eius commentarios refertur, qua Rex in præsidialibus quibuscunque curiis, quas quarto regni anno in singulis præfecturis instituisset, principè præsidem ué curiæ cõstituit: ac iis tribunalibus iudicia sine appellatione de prædiis rebúsque immobilibus, quarum fructus annuus haud ampliùs quinquagenis francicis æstimaretur: de mobilibus vsque ad millenos francicos attribuit: sed noua ea iurisdictione, quæ curiarum supremarum Senatus potestati plurimùm detraheret, Præsidiales curiæ fere vsq̃ non sunt. Multis tamen in iis curiis nouum magistratum complu-

Coactores noui creantur.

In singulis præfecturis regni præsides constituantur.

res sunt adepti : sed poscentibus legatis Diocetum ac pecuniam à nouis magistratibus obtinendi honoris causa in ararium illatam restituentibus, abrogare magistratum frequentes sunt coacti . Paulò ante nunciatum erat in regiam , Sabaudum Ascotiúmque Duces, Mansfellium, Ecmontanum, Mequam, Barlamontanúmque Comites ad Giuesum magnas copias cogere: eodémque Brunsuicum Ducem cum non exigua Germanorum militum multitudine aduentare: & comteus non mediocrem copiam: tñ earum rerum omnium, quæ ad oppidorum oppugnationem vsui esse poterant, eodém carris comportare . Tùm verò multi homines nostrorù negligentiam, qui imparatiores à rebus omnibus essemus, arguebant . Sed Henricus Rex delectus quamprimùm habere : ac auxilia à Germanis Principibus amicis atque sociis, aliisque nationibus accersere instituit . Idem Niuerno Duci mandat, quòd intellexisse diceret, nondum Rupemregiam oppidum satis communitum, vt tantis resistere hostium copiis posset, vti præsidia inde deduceret . Ei Niuernus Dux per literas respondit, se vsque adeò munitionibus confirmatum id oppidum existimare, vt si eò Philippi Regis exercitus deducatur, illud ipse oppidum defendere constituat. Sabaudiani Mariaburgo, cui oppido tùm Losses præerat, appropinquauère: ac leuioribus præliis cū oppidanis conflixère: eodémque tēpore pars eorù scalis multis cōparatis Rupē regiã aggressi ab oppidanis sunt repulsi . Spe potiùdi vtriusque oppidi deiectus Sabaudus, in Picardiam cum exerci-

Veru-
nium op-
pidum
dixitum.

tu proficiscitur: Veruiniúmque oppidum diripit, at-
que incendit: idémque postea Guyfam oppidum, vbi
Vassius præsidium habebat, oppugnare velle præ se tu-
lit. Eius tùm copix ad quindecim equitum: peditum
quinque & triginta millium numerum censabantur:
Gallicæ quæ ad Attignium oppidum conuenerant, ad
sex quitû: octodecim peditum millia numerabantur.
Eadémque interuallo fere denum millium passuum
hostes confectabantur. Sabaudus Dux triduúm ad
Guyfam moratus, magnum leuis armaturæ equitum
numérû, cum nulla eius rei subesset suspicio, ad **Quin-**
tinium oppidum circumfidendum magnis contendere
itineribus iussit: ac eodem statim cum toto exercitu
eodém est consecutus. Erat tùm Quintinij cum paucis
cataphractis equitibus Telignius Francisci Delphina-
tis Henrici Regis maioris natu filij cataphractorum e-
quitum turmæ suppræfectus: & Bruelius Britannus
eius oppidi præfectus. In eodem oppido erat rerum
omnium quæ ad oppugnationem sustinendam per-
tinerent, ac ferramentorum quæ ad munitiones opus
essent magna inopia. Sed postquam Annæ Mommo-
rantio magistro equitum de Sabaudi consiliis ince-
ptisque Attignium esset nunciatum, magnoperè totus
noster exercitus pro periculi magnitudine, quòd ea vr-
be capta aditus ad Lutetiam vsque patere videretur, est
còturbatus. Tamè Gaspar Collignius Castillio Picar-
diæ prouinciæ Præses à Mommorantio confestim mit-
titur cum cataphractis equitibus Arano Scoto Comiti,
Iarnaci, Faietæ, & leuis armaturæ turmis Miramonti,

Quini-
nium oppu-
gnatur.

Tenello & Anchiffoni Scoto attributis, tum quinque peditum signis, quæ Feræ erant Quintinium sese inferret, Sabaudianisque resisteret. Castillio Feram cum venisset, nonnullos è suis equitibus exploratum de hostibus præmisit: ac de itinere quod insistere proposuisset eos commonefecit: ipse Hamum contendit: eodemque pedites Feræ relictos se ut consequerentur imperavit. Cum advesperasceret Hamo præfectus quinquaginta equites iubet præcurrere: iisque imperat, ut si qui de hostibus demorari iter conentur, cum his nihil cunctati congregiantur: idemque sese mox facturum confirmat. Sed commodum nullo repugnante Quintinium cum bona cataphractorum equitum parte, ac nonnullis levis armaturæ peruenit: è peditatu paulò ampliùs centum & viginti noctù eodem aduenêre. Postridiè Andræanus præfectus cum totidem ferè ex iis quibus præerat peditibus eodem peruasit. Erat Quintinij propugnaculum quoddam quod ad suburbium insulanum pertinebat recens exstructum, derelictum ab oppidanis, quod Iulianus Romereus & Carondeletus præfecti veteranorum militum Hispanorum occuparant. Id propugnaculum recipere, ac suburbium insulanum quoad facultas daretur, retinere Castillio constituit. Sed ædificia quædam Hispani obtinebant, è quibus magna nostris incommoda afferebantur: quæ cum incendere Castillio statueret, labore, & lassitudine confectus Telligio negotium dat, ut militum manum de nocte emittat oppido, dum cæteri ædificiis illis quæ diximus ignem subiicerent. Sed ei ne oppido pedem efferret se-

uerimè interdixit: ac ab eius præcepto Telignius nequaquam discessurum promisit. Cùm emissi equites se-
gnius ac mandatum erat exequerentur, Telignius indi-
gnatus torace nudus in equum, quem nancisci primū
potuit, infilit: ac in hostes fertur: ab iisque grauius
vulneratur. Postquàm se nostri in oppidū recepissent,
Telignius à gregario milite magna cum audacia rap-
tus, faucibus asportatur: ac propè expirans summis à
Castillione precibus, quòd contra imperium oppido
excessisset, veniam dari postulauit. Castillio quandiu
potuit suburbium insulanum defendit: sed cùm Sabau-
diani tormenta ad oppidi muros applicassent, suos in-
de reuocauit: & ignem in aridam materiam quæ sub-
urbium illud incenderet immitti iussit. Id subito to-
tum est inflammatum, præter Cœnobium eo in loco
positum: tametsi vt cremaretur preparata diligenter
omnia viderentur. Cùm porta qua ex suburbio in vr-
bem erat aditus muniretur: & è turribus quæ ad eam
erant puluis tormentarius in interiorem urbem com-
portaretur, vasa lignea quibus comprehendebatur, cor-
rupta situ sunt reperta: qua de causa cùm in saccos li-
neos imponeretur, ignis de improviso puluerem cor-
ripuit: & turrium concrepantes ruinæ tantam mœniū
partem ad portam deiicere, vt per appertum murum
quinque & viginti hominibus ingressus pateret: tùm
parem militum numerum, in his nobiles viros nonnul-
los sustulere. Quòd ni flamma, fumusque prospectum
hostibus ademissent, cùm pauci tunc ad id loci præ-
sidio fuissent, urbis potiri hostes faciliè iam tùm po-

tuissent. Eo tempore Gallicæ copiæ ad Feram processerant: quo è loco Hamum missi Andræanus Tribunus militaris cum quadringentis cataphractis equitibus: Condu Princeps cum leuis armaturæ equitatus, cui tum præerat, magna parte: & Andelous cum circiter binis peditum millibus qui hosti quibus modis possent incommodarent, eumque morarentur: tum præsidium Quintinium intromitteret. Castillio ad Mommorantium Valpergnam miserat nunciatum è specula animaduersum in ea regione quæ Hamum spectaret, rariores ad urbem hostes considere: quòd ea plaga Anglico subsidio erat reseruata. Noctù ea parte cum noster exercitus aliorum oppugnantes lacefferet, induci in oppidum subsidium posse. Ea re hostibus enunciata firmum in primis eo in loco præsidium collocarunt, atque transversis fossis interseperunt. Andelous cum suis illac Quintinium nixus irrumpere funditur: pauci cum eo euadunt. Anglicos Philippo coniugi Maria Regina auxilio mittebat ferre ad binum equitum: peditum ad denum milium numerum dicebantur: quibus Pombrosus, Clintho & Graius præerant. Hi quibus prætergredienda Ardea esset, aggressi oppidanos à Sanface præfecto sunt reiecti. Tum Sabaudus cuniculis subuertere Quintinij muros conabatur: cui rei diligentissimè Lanfortis Anglus Gallicas fecutus partes obsistebat. Castillio è specula iterum prospectans, per paludes subsidium immitti posse existimauit: atque eius rei Mommorantium fecit certiores. Mommorantium conductis quascun-

que potuit ratibus, & paucis à Castillione subministra-
tis eius rei facere periculum instituit: ac Fera cum duo-
bus equitum milibus, & pari peditum numero, ac præ-
terea quatuor tormentis leuioribus, quæ campestria
vocitant, proficiscitur. Tum subsistere iussa multitudine,
ipse cum Niuerno Duce, Condo Principe, Villario,
Sancerraque Comitibus, Francisco Mommorantio fi-
lio, Andeloóque ad paludes quæ ad urbem erant acces-
sit: atque Fumetium vltra quâ paludes deficerent, pro-
gredi copiarum hostilium propiùs inspectandarû cau-
sa iussit. Inde postquam regressus Feram esset, III. Idus
Aug. quo die Laurentialia celebrantur, totum exerci-
tum cum tormentis ad Quintinium adduxit: ad eam-
que partem quæ est ad suburbium insulanum adiit: vbi
Hispanorum signa quatuordecim erant collocata. Ea-
dem regione trans paludes Sabaudus Philippi legatus
confederat: quò tormenta Gallica emissa Sabaudianos
omnes conturbarunt. Tum milites qui subsidiò quin-
tinianis mittebantur, in rates impositi: cum multò plu-
res ac par esset, in quancunque ratem insilirent, paludi-
bus frequentes absorbebantur: rarique admodum tu-
tum cursum qui demonstrabatur tenuerunt. Eodem
temporis vestigio Ecmontanus Comes cum binis
equitum milibus in nostros à latere magna vi procur-
rit. Tum quoque Henricus, Ernestusque Brunsvig
cum totidè Germanis equitibus: Hornus Comes cum
mille cataphractis equitibus: Mansfelliis, Villenus,
Ostias, Geldraque cum tribus equitum milibus in me-
dium nostrorum agmen summo impetu irruerunt:
ordinésque

ordinésque omnes perturbarunt: ac terga vertere compulerunt. Sabaudianis animos addidisse illud dicitur, quòd plerique præfecti ærarij, mercatorésque nostri militiæ insolentes atque ignari, sese vt primùm hostiles copiæ in conspectum venêre, in fugam coniecerunt. In eo prælio Ioannes Borbo Anguianus Dux, Franciscus Turenus Procomes pugnantes cecidêre. Capti Lodoicus Borbo Mompenseriorum Dux, Iacobus Albo Andræanus Tribynus militaris, Lodoicus Gonzagua Illermi Mantuæ Ducis Frater, N. Longaulla dux, Curto Baro, Vassius, Rhenigrauius Germanus, Rupefocas, Albignius, Mombrunus Annæ Mommorantij filius, Biro, Capellabiro, Moius aliisque è prima nobilitate Galliæ permulti. Niuernus Dux, Condus Princeps, Sancerra Comes, Bordillo ægrè se periculo eripuêre, atque Ferá profugêre. Sed accepto de Quintiniana pugna nuncio Henricus Rex, qui tùm Compendij delectus habebat, præsidia eo in oppido atque finitimis vbicunque idoneum visum est collocauit: & Niuerno Duci dispersos è fuga milites colligere, nouósque conscribere mandauit. adhæc quòd extenuatæ admodùm Galliæ vires essent, Franciscum Lotharingũ Guyfiè Ducem cum exercitu è Neapolitano regno, atque à Roma in Galliam reuocat. ipse Germanianum Lutetiæ propinquum oppidum venit: & Catharinam coniugem Lutetiam mittit, quæ à Parisiis pecuniam ad conducendos milites postularet. Parisij liberaliter eam ad rem trecenta francicùm milia contulêre. Andelous Castillionis frater, cui attributa iterum magna

Infœli x
pugna
Quinti-
niana in
qua Gal-
lic⁹ exer-
citus fu-
sus, An-
guinia-
nus Dux
cum mul-
tis aliis
fortiter
pugnans
cecidit,
Multi
principes
capti.

Gallicus
exercitus
ab Italia
euoca-
tur.

manus fuerat, quam Quintinium intromittere con-
 retur, haud ampliùs quadringentos eòdem perduxit.
 Eòdem Nostradamius Vicecomes & Natas viri illu-
 stres irrupère: ac cum his vnà Remigianus cuniculorũ
 agendorum summè peritus. Iàm in castra Philippus
 Rex peruenerat, cùm noctu è trecentis militibus quos
 Quintiniani subsidio Niuernus Dux mittebat, per pa-
 ludes centeni cum vicenis introducti sunt: reliqui par-
 tim in hostium manus incidère: partim paludibus im-
 mersi sunt extincti: reliqui diffugère. Còsternati animis
 oppidani vix ad operas adigi poterant: quo è numero
 Castillio ad sex cètos oppido propter commeatus ino-
 piam eiecit: quos pene omnes Philippiani occidère.
 Idem Castillio vt urbanam multitudinem & ex præsi-
 dio nõ paucos metu percussos in officio contineret, si-
 bi esse constitutum edixit ad extremum vsque spiritũ
 propugnare: si quis aliam sibi esse mentem aduerteret,
 potestatem facere, vt se de muro præcipitem in fossas
 agat. Contrà si de deditioe quicquam verbum pro-
 loquatur, supplicium sese de eo esse sumpturũ. Philip-
 pus Rex cuniculis subruere mœnia pergebat: tũm tor-
 mētis ea partibus vndecim euerterat: qua de causa pro-
 militum inopia optimũ factu duxit multitudinem in-
 colarum rudem belli in muris vbi integri restabāt col-
 locare, quæ scalas si quæ admouerentur deiiceret: mili-
 tum omne præsidium iis in locis, vbi euerfi muri erant
 disponere. Postquàm per dies aliquot irrumpere Phi-
 lippiani tentassent, decimo septimo à Laurentiana pu-
 gna die Castillio summè ad res omnes intentus perspi-

cittria hostium signa per turris ruinas quâ difficilis ascensus erat irruere: quibus cum resistere parat: eique tres demum sclopetarij milites ferre opem quantulam possent conantur, cognoscit hostium multitudinem per aliam muri ruinam defensoribus vacuam irrumpere: incertusque quam in partem succurrat in hostium potestatem venit. Idem Iarnaci, Remigiano, Humi, Rambullio, Bruelio præfecto oppidi, aliisque nonnullis illustrioribus viris hac illacque propugnantis accidit. Andelous similiter captus, è castris hostium elusis custodibus effugit. Capto Quintinio Philippus Rex AreMBERGIUM Comitem cum parte exercitus oppugnatum Casteletium oppidum misit. In eo relictus præsidio Solinæ Baro erat magni vir animi: cuiusque recentia fortitudinis exempla nonnulla extabant. Eum Rex, Niuernusque Dux hostes demoraturum dies saltem quindecim existimabant: intereà dum Gallicæ copiæ maiores conuenirent. Sed cum trecentorum tantummodò militum præsidium haberet: & se aliquandiù pro ea paucitate fortiter defendisset, tormentis validè excussomuro, & fractis suorum animis deditioem fecit. Post Quintinianam pugnam Henricus Rex totaque Gallia magno in metu pro periculi magnitudine fuere: atque vsurum victoria Philippum Regem, restaque ad Lutetiam exercitum deducturum plerique omnes opinabantur. Ipse tamè castris ad Fonsommam sese dies aliquot continuit: multique fuere qui existimarent, cum à Carolo patre nuncios expectasse,

Quintinium capitur à Philippo.

Casteletium capitur.

quibus certior fieret quomodo tanta rerum opportunitate utendum illi Carolus statueret. Cùm habitis in Gallia delectibus nomina in militiam viri pauciores darent, certam diem nobilitati omni Henricus Rex præstituit, qua die in armis ad se conueniret. si qui abessent, cū ferre arma possent, nobilitatis ordine eos mouet. Id edictum per omnes partes Galliæ pronunciatum magnam multitudinem nobilium hominum subito exciuit. Nam tūm plerique eorum ad rem audiores quàm sat est: vel stipendia iam multa emeriti, sese ad otium conuerterant, militiæque abstinebant. Eo edicto deterritum Philippum Regem nonnulli quoque ferūt, ne cū ei ad Lutetiam vsque procedere tam turbatis Galliæ rebus, tantæque ab eo illata plaga in proclui esset, ac faciliè potiri vrbs posset, minimè tamen eam rem sibi tentandam existimaret: ne & faciliè vrbs reciperetur: & reditu ad suos ipse intercluderetur. Tūm profectus in vrbe Henricus Rex habita supplicatione Deo, Diuisque cum summis obsecrationibus, capere arma Parisios iubet: Quod cū facerēt religionis eius sectatores quæ tum erat damnata legibus conuenticula frequentissima secretò & in occulto Lutetiæ habebant: multique homines sese ad eos in dies aggregabant. Hi pridie Non. Septembr. via Iacobæa cœnæ dominicæ ex suorum institutorum ratione concelebrandæ causa conuenerant. Id suboluit quibusdam ex ea vicinia hominibus: iidemque magnam lapidum copiam in proximas domos comportauère, quibus obruerent exeutes. Dimisso conuentu qui à principio sunt egressi, la-

Henric^o
suo edicto iubet
vt omnis
Gallica
nobilitas
ad certum
diem ad
se in ar-
mis con-
ueniat,
qui non
paruerint
nobilitatis
ordine
eos mouet.

Hereticorum, qui
in quadam
domum via
Iacobæa

pidibus petuntur : ortóque tumultu magna è plebe multitudo ad earum ædium portas cum armis accurrat. Consulta re ab iis qui relicti erant in ædibus, ex his accincti gladiis qui venerant eruptionem faciunt: omnesque præter vnum tametsi vulnerati ex iis multi euadunt: cæteri numero fete ad cæcum & viginti, in his foeminae plæræque nobiles, Martinio in præfectura Parisiensi Quæsitore se tradunt. Is lucente iam cælo in vincula eos duxit: sed vix continere plebem potuit, quin spiculatorum in manibus captos discerperet. Tum, vt fit in re noua, varij vbique de hoc conuentu rumores iactabatur: eaque fere opinione vulgus fuit, eam multitudinem noctù in conclaue conuenisse conuiuandi ac scortandi causa: & post epulas extinctis lucernis in Venerem quenque promiscuum ruisse. Non matrem filij: sororem fratris concubitum exhorruisse. Deprehensas mensas, conuiuique apparatus: stragula item plurima, tapetesque. quidam etiam infantium cruore ab iis litari occultis in locis asseuerabant, hæcque omnia à certis hominibus ad Regem referuntur: nullo autso palàm refellere: ne in criminis ipse veniret suspicionem. Sed qui ei religioni operam dabant, libellum quendam subito conscribunt, quo ea crimina summam per calumniam affingi sibi ostendunt: vtque is libellus in regias manus perueniat, secretò eum in interius Regis conclaue proiiciunt. Quæstioni de his habendæ qui capti fuerant, Monerius Parisiensis præfecti legatus præficitur. Re ad senatum relata, Nicolaus Clinius, qui in Parisiensi schola pædagogum agebat, annum nauis

celebranda sua
causa conueniant,
magna pars capitur, ceteri vero vulnerati euadunt.

De nocturno hæreticorum conuentu varij rumores iactabantur.

Heretici
nonnulli
vivi cre-
mantur.

sexagesimum, Taurinus Graueilla Aduocatus in senatu, Philippina Lunia nupta olim Graueroni viro nobili, illi viui: hæc laqueo prius fracta gula igni cremantur: Id fit XIX. Cal. Octob. Quarto post die Nicolaus Cœnius medicus, Petrusque Cambarius igne exustulantur. Post dies paucos Franciscus Rebezus, Federicusque Damuilla obstructo ore pillis ferreis laqueo prius necati igni quoque traduntur. Cùm iam ad duodecim cætero è numero legibus interrogari essent, diésque iudicij instaret, fœmina quædam nobilis è reorum turba libellum senatui obtulit, quo reiici à iudicio habenda quæstioni præpositos, aliosque nonnullos è senatoribus postulabat: multaque proponebat, quare ea res minimè negligenda videretur. Dum de eius postulatis senatus consultat, venêre à quibusdam Heluetiorum ciuitatibus legati ad Regem: qui maiorem in modum ab eo postularunt, vt in eos homines, qui eandem atque ipsi religionem profiterentur, clementia atque mansuetudine vteretur: ac paucis interiectis diebus eadem de re literæ ab Othone Comite Palatino Electore Imperatorio ad Regem perferuntur. Ob eas res, quòd ea tempestate prosperè succedentibus Philippi Regis rebus multarum nationum aduëctitiis copiis confirmare res suas Henricus instituebat, adductum eum ferunt, vt remissiùs in ea causa agere senatù pateretur. Itaque quidam è reis cõperendinantur: aliorù causa ad Põtificios iudicestranslata postquam sententiam reuocassent, effugère vitæ discrimen. Rentignia, Campana fœminæ illustres maritis ab earum religione alienissi-

Palatinus
Comes &
nonnulli
heluetio-
rum ciui-
tates Hé-
ricum ro-
gant vt
cum Gal-
licis pro-
testanti-
bus mi-
rius agat.

mis: Oartia Catharinæ Reginæ traduntur. Capto Ca-
 stellulo Arembergius in Philippi Regis castra se retu-
 lit: ac tùm idem Philippus Hamum castellum ad Som-
 mam flumen paludibus magna ex parte circunda-
 tum expugnare constituit. Eius iam olim exædificati
 mœnia satis quidem firma, vt tùm temporis res erant,
 fuère: sed iis adiunctum vallum nullum fuit: cæteris-
 que munimentis carebat, quæ ad exitialem bombar-
 darum violentiam sustinendam, vbi ea pernicies in
 mortales est illata, comparata fuère. In eo Seposius
 præfectus cum modico præsidio rem curabat: ad quem
 Helym Niuernus Dux, simul ac eò cum exercitu pro-
 ficisci Philippum Regem sensisset, cum subsidio misit.
 Helys iam Hamo ab hostibus circumfessio eòdem per
 medios hostes penetrauit. Id castellum iam bombar-
 darum millenis ac ducentis ictibus quassatum Phi-
 lippus pridie Idus Septembris cœpit. Dum hæc gere-
 bantur, Henricus Rex Guysam Ducem nunciis ac lite-
 ris admonere, vt in Galliam cum exercitu diurnis no-
 cturnisque itineribus approperearet, non intermittebat.
 Ea de re Guysa, vbi Romam post Neapolitanos agros
 latissimè populatos reuertisset, cum Paulo III. Pon-
 tifice Max. egit. Pontifex Carasam Florium Vittel-
 liumque Cardinales de pace ad Albam Ducem misit:
 Plurimis vtrò citroque verbis de pace habitis tandem
 his conditionibus conuenit. Alba Dux sese Philippi
 Hispaniæ Regis nomine, demissum & abiectum secus
 in Pontificem Max. admissorum veniam petiturum
 promittit: ac idem Henricum Gallie Regem facturum

Hamum
 Castellū
 à Philip-
 po captū.

Pontificij recipiunt. Pontificem Max. condonaturum
 Philippo omnes noxias: atque cum in fidem & amici-
 tiam recepturum spondetur. Eundem Pontificē Max.
 à fœderibus & societate cum Henrico Rege initis dis-
 cessurum, eaque illi renunciaturum, atque eiuraturum:
 ac vtrique Principi pariter deinceps æquum futurum
 patrem. Alba Dux vrbes omnes Pontificias hoc bello
 occupatas protinus Pontifici redditurum pollicetur.
 Torméta bellica bello capta vtrinque restitui cauetur.
 Quique se ad alterutrius partes hoc bello adiunxe-
 rint, eis impunè istud fore: atque sacerdotiis, magistra-
 tibus, & bonis restitutum iri omnes: præter Marcum
 Antonium Columnam, & Ascanium Corneum: de
 quibus Pontifici Max. constituendi suo arbitrio fit po-
 testas. Palianum oppidum Ioanni Bernardino Carbo-
 ni, qui id ante ortum bellum possidebat, redditur: at-
 que communis vtriusque Principis socius pronuncia-
 tur. Eidem ad eius oppidi custodiam octingentorum
 militū præsidium datur: quorum stipendium ex æquo
 ambobus Principibus sit dependendum. Guyfæ Duci
 Italia excedere permittitur, Alba Dux XIII. Calen.
 Octobr. explendorum promissorum causa Romam
 venit: ac honorificentissimè in vrbe accipitur. Habito
 statim Cardinalium senatu duo legati deliguntur pacis
 & amicitiae inter Henricum, Philippumque Reges cõ-
 ciliandæ causa: è quibus Triulcius ad Henricum: Ca-
 rolus Carafa ad Philippum eius rei ergo concessere.
 Guyfa Dux conscensis nauibus cum magna nobilita-
 tis parte quam in Italiam traduxerat, & duobus circiter
 sclope-

sclopetariorum millibus selectioribus in Galliam maturavit. Aumalus Dux reliquum exercitum per Bononiæ, Ferrariæque, atque Heluetiorum fines in Galliam reduxit. Quinto antè die quàm Romam Alba Dux veniret, Tyberis fluvius Romæ longè supra alueum exundauerat: ac insequenti die multò etiam amplius excreuerat: atque complura ædificia, & munitiones ad Angelianum castellum adiunctas: nonnulla item templa subruerat. Diluuium quoque ingens: ad idem fere tempus Florentiæ plurimas ædes, templa, ac Ducis prætorium vastauit. Antea ad V. Idus Septembr. Nemausi ingentia tonitrua, coruscationesque ciues percutere. præter hæc tantæ imbres repetè effluxere, vt vrbs tota aquis compleretur, ruinisque passim deformaretur. Id imbrium multum antiquorum operum statuarumque humo & ruinis eius vrbs excidio, quod à Gothis ante mille annos contingerat, obrutorum eruit. Hamo capto nonnulli è Philippicis Gallicorum equitum specie Nouiodunum, vbi relictæ equites nonnulli leuis armaturæ Galli, Scotique in præsidio fuerant, profecti facillè admissi sunt: ac Chaunium oppidum itidem occuparunt. Interim Quintinium, Hamum, Castellulumque diligentissimè vt munirentur Philippus Rex curabat: & hac illacque excursionibus tempus consumebat. Magna verò iam inde à Quintiniana pugna dissentio inter Hispanos & Germanos milites in Philippicis castris cernebatur, cum Philippus Rex illustriores è Gallica nobilitate à Germanis captos sibi vindicaret; iustoque redemptionis pretio fraudare

Partium
diluuium
Romæ
contigit.
Idè Flo-
rentiæ ac-
cidit.

Nema-
sû aquis
obruum.

Philippi-
ci Galli-
corum e-
quitum
specie
Nouio-
dunum
ingrediu-
tur.

institueret. Quod ubi à nostris rescitum est, nonnullos Germanorum ad suas partes traduxere. Angli quoque ad suos reuerti desiderare, quòd in eos arma parare Scotos intelligerent, perspiciebantur. Interea Henricus Rex undique auxilia conducebat: & quaterna Heluetiorum millia è Subalpinis nationibus accersebat: bina præterea Gallorum peditum millia, quæ Franciscus Vindocinus Carnuus peditatu in iis regionibus præfectus Henrico vt euocaret suaserat: tametsi utrunque ne fieret, Brissax Subalpinæ regionis Præses persuadere niteretur: ne Albæ Duci, quem milites conscribere intelligebat, in Subalpinam prouinciam aditus aperiretur. Interea Pollauilla Baro, qui Philippo Regi, Sabaudoque Duci exercitum comparauerat, in quo ad undecim peditum millia: equites ad mille quingentos fuere, in Bressiam Emmanuellis Sabaudi patri olim ereptam per Burgundiæ Comitatus fines peruenit: atque Burgum eius prouinciæ maximum oppidum, cui Guicha præerat, oppugnare statuit. At cum de Pollauillæ copiis ad Niuernum Ducem esset prelatum, Escheni cataphractorum equitum præfecto, Iorsóque, qui signis octo peditum præerat negotium dat, vt è longinquo Pollauillam confectentur: quidque reum agat, atque molliatur, diligenter obseruent: si quod oppidum adori eum aduertant, quoad possint interpellent, oppidanisque subueniant. Sed Carnuus bina peditum millia, de quibus diximus, Burgum in tempore intromisit: atque item Heluetij è Subalpina prouincia

Henricus
undique
auxilia
accerfit.

euocati, triâque Germanorum millia ad id locorum aduentabant: & Guysæ copias eo itinere venire in interiorem Galliam nunciabatur. His rebus adductus Pollauilla cùm paucos ad Burgum dies confedisset, castra mouit. At Guysæ copix, ac reliquis noster exercitus ad Compendium oppidum tandem conuenere. Eidem Guysæ postquam aduenisset, faustisque omnium acclamationibus esset acceptus, totius belli summa ac militix Gallicæ præfectura, imperiumque regis codicillis defertur: iique Gallorum consuetudine in curiis omnibus Senatorum recitati publicis commentariis mandantur. Is ad exercitum iam tùm & auxiliariis & nostris copiis cum primis firmum cùm venisset, magna cum autoritate gerere bellum cœpit. Sed eadem arte fallendos hostes ratus, atque nostros iidem belli huius initio deluserant, cùm nostris inopinantibus Quintinium oppugnassent, Iccium portum Caleum oppidum tentare instituit: de qua re antea Senarponem Bononiæ præfectum cum Anna Mommorantio Magistro equitum sermonem contulisse, & qua ratione aggrediendum istud existimaret ostendisse: diligentissimèque omnia, simul & occultissimè quæ ad oppidi expugnationem pertinerent explorasse ferebatur: atque eandem rem Mommorantium aggressurum fuisse, nisi captus ad Quintinium fuisset, nonnulli dictitabant. Guyssa quo hostes ludificaretur, parte exercitus Niuerni Duci attributa ei mandat, vt Luxemburgum, Arlonémue oppugnare velle, ad eaque oppida copias

Pollauilla à Burgo oppido castra mouet.

Guysæ duci summa præfectura totius belli ab Henrico defertur.

deducere assimulet. ipse ne Quintinium, Hamúmque annona importaretur, exercitum in Picardia habere affinxit: mox etiam Ambianum, tum Ardeam, Bononiámque munire velle simulauit. Tandē maximis itineribus in Caletes cum exercitu contēdit: ac Iccium portum Calendis Ianuarij anno post natalem Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo cœpit oppugnare. Id oppidum situm ad Oceanum tum natura loci, tum opere firmum in primis fuit: quod Eduardus III. Angliæ Rex anno à partu Virginis millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo duodecim iam menses oppugnatū in potestatem redegerat: illudque ex ea die Angli magno præsidio tutandū, conseruandūque decreuerant: quod è Gallia in Angliam traiectus est ex eo portu breuissimus: & ad id locorum continens magnum in spatium erumpens in Oceanū summas Anglis commoditates propter angustias præbebat. Guyfa statim atque ad oppidum aduenit, arcem ad vicum Agathanū ab Anglis in extremo ponte, qui ad Nielanum castellum ducit constructam aggreditur: & stationem oppidanorum loco deiicit: arcisque potitur. Eam arcem aggeris tuendi causa iam olim magnis sumptibus Angli condiderant: propterea quod non est è Gallia in vrbe præterquam eo aggere aditus: & stagna, paludésque cæteras partes occupant. Eodem die propius ad Nielanum Guyfa ipse concedit: & loci situm naturamque contemplatus postera die ingentes fossas, in quas Oceanus confluit, quæ sunt ad oppidi muros: & Risbanum castellum quo portus defenditur,

Iccius portus obfidetur à Gallis.
7558.

Quo tempore Iccium portum, id est Caletum oppidū, Angli cœperunt.

è Caletō in Angliā traiectus est breuissimus.

Arce quæ est è Gallia in Iccium portum aditus, Guyfa potitur.

deducto secum Anuallo Duce fratre, Strossa Tribuno militari, Stræa præfecto tormentorum Gallicorum, Termete, Sanface, Tauenne, Andeloo, & Senarponte cominus inspectavit. Cùm Oceanus tùm refluxisset, Rendanum, Alegrámque cum peditum manu via perquam difficili ad portum vsque traduxit: ac eodem tēpore Nielanum, Risbanúmque castella oppugnare cōmodissimum statuit: propterea quòd Nielano è Flāndria: Risbano nauibus ex Anglia transmitti auxilia facile oppidanis posse perspiciebat. Ad motis ad vtrunque castellum tormentis muralibus, Nielanij in oppidum statim profugiunt. Guyssa ne auxilia è continente Caletibus mitterentur, Rupesubyonem Principem, Rhenigrauiúmque cum magno equitum peditúmque præsidio in aggeribus collocavit. Risbanianij paucas post Nielanú captú horas sese Guyssæ permittunt. Is portam oppidi oppugnare velle præ se tulit: ac eò tormenta aliquot comportari iussit. Sed intentis ad portam propugnandam oppidanis ad arcem oppidi bonam tormentorum partem traduxit: ac iis murum sub vesperam deiecit. Eodem tempore Andeloum cum mille & quingentis peditibus loricatoris, ac è nobilitate compluribus ad portum mittit: certúmque excavari locum præcipit, vt aqua quæ fossis oppidi continebatur in portú exundaret, fossæque exsicarentur. Iam ante quàm ad oppugnandum oppidum Guyssa veniret, cùm magno sibi paludes impedimento fore præuidisset, ei rei ita prospexerat, vt occultè multas tabulas pice oblitas confici curaret: ac item quòd talis pilis que scloporum

Nielano è Flāndria Risbano ex Anglia transmitti auxilia facile possunt

Nielano capto, Risbanianij sese Guyssa permittunt.

suos expositos milites fore urbem oppugnantes prospiciebat, magnum prædensorum palorum numerum multo confertoque papiro à tergo oppertorum, quique ferro adiuncto defigi humo facile possent, ut sui illis protegerent: ipsique per fenestellam suas pilas dirigerent, comparauerat. Idem cum satis murorum ex arce prolapsorum cerneret, eam aggressus capit: & in ea Aumallum, Alboeuiumque germanos suos cum præsidio collocat: eosdemque noctis reliquum munitionibus impendere, quibus arcem protegere ab oppidanis possent, iubet. Oppidani arcem recuperare tormentis aliquot ad portas quibus in oppidum ibatur admotis, ac iis eiaculari maiores pilas: tum etiam minores sclopis infinitis sunt connixi: sed fortiter nostris resistentibus inanis eorum conatus fuit. Vbi illuxisset, Dunfortis oppidi præfectus cum se rebus omnibus inferiorem cerneret, die octauo cum ad Caletes Guysa venerat, oppidum ac sese cum quinquaginta ex omni numero qui ob redemptionem pretium darent Guysæ permittit, pactus ut cæteris abire incolumibus liceret. Paulò post qui urbis præsidio fuerant, classem Anglicam subsidio ipsis missam, inspectauere. Repertus est in oppido magnus tormetorum, armorumque omnis generis numerus: & non exigua annonæ copia. Sed nulla facta mora Guysa in Anatanum Comitatum profectus omnem eam regionem terrore compleuit. In ea Guyna est oppidum firmissimum: quod ab Iccio portu sex tantum millia passuum abest. Eodem iure id oppidum ac Iccium lon-

Arces Calectentium capitur.

Dunfortis Caletis præfectus sese oppidumque Guysæ permittit die octauo oppugnationis.

Anatanus comitatus totus terrore completur.

gissimo annorum spacio tenuerant: idque tum non infirmo eorum atque Hispanorum præsidio tenebatur: Triduum cum oppidum Guyfa oppugnasset: nec obsessis quietem ne noctum quidem daret, deiecto muro crebris bombardarum ictibus irrumpit in oppidum: magnūque numerum oppidanorum necat: pauci sese in Cimam castellum cum Gresso Anglo qui ei oppido præfuerat, & Mondragone Hispano recepere. Sed adhibita ei castello tormenta conspicati sese Guyfæ vnà cum cæteris tradunt. Id oppidum totum vnà cum castello quod ab Ardea prope abesset, magnoque impendio asseruandum fuisset, æquari solo Guyfa iussit. Dum hæc ab eo gererentur Niuernus Dux ad Herbamontanum castellum quicquid copiarum in Campania habebat deduxit: & promotis eodem tormentis vi cepit: præterea Lamognam, Chignium, Rosignolum, Villamontemque castella. Interim quoque Henricus Rex Lutetiæ conuentum habebat omnium populi Galliæ ordinum pecuniæ parandæ causa: sed subito, vt res tempusque postulabat conuocatum, ac non more indictum: quod è prouinciis, præfecturisque omnibus euocare delectos à ciuitatibus tam periculoso tempore longum nimis videretur. In eo conuentu Rex orationem luculentam habuit: cum & iniurias Caroli Imperatoris, & Phillipi filij percenseret: vt omni tempore Galliam vexassent: vt se, vt Franciscum patrem opprimere: vt Galliæ Reges Gallia eiicere tentassent: vt cum de pace esset actum, sibi patrique summam per arrogantiam quasi victis leges imponere cõcedissent:

Guyna
capitur.

Guyna
oppidum
solo ad-
quatur.
Herbam
ontanum
castellum
cum non
nullis a-
liis capi-
tur.

Oratio
henrici
ad popu-
lum parti-
censem.

& ampliffimas ciuitates præfecturáſque Regum Gallie
 eorum imperio ſubſtrahere, quas praua cupiditate in-
 ducti ad Mediolanenſem Ducatú ipſius quoque Hen-
 rici maioribus per iniuriam ereptum adiúgerent. In ſo-
 leſcere Quintiniana victoria Philippum Regem: ſed
 nondum attritas eſſe Gallie vires: nondum Philippo
 triumphũ canendum: ſperare ſi neceſſarij ſumptus ſup-
 peditentur, breui exultantem gloria, rebúſque geſtis
 Philippum non modò Gallie ſinibus eiecturum: ſed
 vt ſibi ipſe metuat perfecturum. Adueniſſe ex Italia
 cum copiis expeditiffimis Guyſam Ducem: atque ab
 Heluetiis Germaniſque auxilia adduci: delectus haberi
 tota Gallia: nobilitatémque nominatim euocatá: huic
 exercitui ne tres quidem Philippoſ futuros pares.
 Rex demum ſingulos populi ordines per Lotharingũ
 Cardinalẽ monuit, exprompta pecunia opus eſſe: ſibi-
 que conſtitutum tricjes centena aureorum millia mu-
 tua ſumere à tribus hominum primorum Gallie milli-
 bus. Sacerdotes terciã partem mille è ſuo numero col-
 laturus recipiebant: ceteri agrè aſſentiebãtur. Tandem
 in id cõuenêre, vt ea pecunia à multo plurib⁹ pro facul-
 tatum ratione mutua daretur. Decimo octauo Calen.
 Februarij Rex in ſenatum venit: eoque præſente lex ab
 eodem perſcripta promulgatur, de poteſtate data à
 Paulo III. Pontifice Max. Carolo Lotharingo, Carolo
 Borboni, Odetoque Caſtillioni Cardinalibus ſummi
 de hæreticis iudicij per vniuerſam Galliam: iudicéſque
 cum pari poteſtate deligendi. Sed hic tantæ poteſtati
 modus regia lege adhibetur, vt ab his Cardinalibus
 lecti

Lotharin-
 guſ iuſſu
 henrici
 ceteroſ
 populi
 ordines
 alloqui-
 tur.

Carolo
 Lotharin-
 go & Ca-
 rolo bor-
 boni Car-
 dinalibus
 de hære-
 ticis iu-
 dicium a
 Paulo
 III. Pont.
 deferretur.

lecti iudices sanctiori concilio probentur: & ad exercendas
 quæstiones Episcopos adhibeant: quorum à sententiis
 cum prouocabitur, concilium denorum iudicum ab
 iisdem Cardinalibus delectorum in iis oppidis ubi sunt
 senatorum curiæ; quo in numero iudicum seni sint se-
 natores, de prouocatione litem dirimat: idque iudiciũ
 tum demum exequi magistratibus necessitas imponi-
 tur. Altera eodem die lex in senatu quoque recitatur:
 qua hæresis crimen notioris esse Ecclesiasticorum iu-
 diciũ definitur: Præsulũmque facta tota illa iurisdic-
 tiõ iubetur: magistratibus verò quæstio de sacramentariis
 decernitur: iisque qui rem publicam vllatenus contur-
 barint, publicis scilicet concionatoribus: iisque qui in-
 terdictos docendi causa conuentus habebunt: aut qui
 in impiam quacunque sententiam vllos pertrahere co-
 nati erunt: qui Deo Diuine publicè contumeliosi ex-
 stiterint: qui in regias de religione leges quicquam ad-
 miserint, seseque ea re læsæ maiestatis cum diuinæ, tum
 humanæ crimine obstrinxerint, ac quòd blandiloquẽ-
 tia, fictisquẽ & expressis arte lachrimis multos sese pec-
 nis iustissimis subducere, iudicesque ad misericordiam
 permouere vsu veniat, sacramentarios: itẽmque in im-
 pia sententiã pertinaces, in eam uẽ relapsos: qui publicè,
 aut priuatis in conuentibus perniciosam doctrinam
 sparserint: qui vlla contumelia sacræ hostiæ sacramen-
 tum, Dei, Diuæque Virginis, ac aliorum diuorum si-
 mulachra insecuti sint: qui prædictarum rerum ergo
 seditionem commouerint, conuentusue habuerint: qui
 Genouam secesserint, illinc uẽ in Galliam improba do-

Lex pro-
 mulgatur
 qua here-
 sis crimẽ
 notioris
 esse Ec-
 clestasti-
 corum iu-
 diciũ de-
 finitur.

Hæreticorum
fortunas
in opera
publica,
piosque
usus im-
pendi Hæ-
ricus de-
cernit.

strinæ libros asportarint, capite omninò ea facinora-
luere sanctitur: nec pœnas moderari iudicibus fas es-
se. Hæreticorum verò publicatas fortunas Rex in ope-
ra publica, piòsque usus impendi decernit: quibus è bo-
nis si quid importunis efflagitationibus quoruncûque
hominum donauerit, irritam esse donationem iubet.
Sed ubi de iis quæ in Caletibus gesta essent ad Regem
esset perlatum, incredibili lætitia peresus, quòd res
Gallica tanto expugnato oppido emergere: atque su-
periorum cladum obduci memoria videretur, in Cale-
tes proficiscitur: ac ne id oppidum quandoque Angli
reciperent, quæ ad tuendum illud pertinerent diligen-
ter curat: & ei regioni Thermetem præficit. Ibi Guyssa
postulante gratiofo iam ante: sed tanta re gesta tum
charo in primis, leuis armaturæ equitatus Gallici præ-
fectura Iacobo Sabaudò Nemorosensium Duci man-
dauit: quòd factum Lodoicus Borbo Còdorum Prin-
ceps Nemorosi ferè æqualis, qui eius præfecturæ re-
pulsam ab Henrico tulerat, indignè admodum tulisse
dicitur. Ad id tempus eius frater Antonius Borbo Na-
uarræ Rex è Bigeronibus ad Henricum Regem venit:
omnemque ei operam studiumque pollicetur. Erat
tum Nemoroso infensor Antonius: quòd Rohaniam
puellam natam sorore Henrici Nauarræ Regis socieri
in matrimonium ducere Nemorosus recusaret: è quo
pactis nuptiis filium suscepisse Rohania affirmabat. Sed
ne ex ea contentione res ad tumultum armæque dedu-
ceretur, Henricus Rex prohibuit. Nonò Calen. Iunij
Francisco Delphinati Henrici Regi filio annum vix dú

Nemoro-
so infen-
sor An-
tonius,
quam ob
causam.
Maria
Scotie re-
gina Frã-
cisco del-
phinati

quindecimum in ingresso Maria Scotiæ Regina perole-
ganti forma virgo Lutetiæ nuptum datur. Ea re confe-
cta Carolus Lotaringus Cardinalis ab Henrico Rege
in Lotharingiam mittitur, qui cum Christiana Caroli
Lotharingiæ Ducis matre, cui Philippus Rex conso-
brinus plurimum fidei habebat: & quæ à rebus Gallicis
minimè propter filium erat aliena, de pace colloquere-
tur. In eo colloquio, cui Antonius Perrenotus Gran-
uella Attrebatensis Episcopus qui Philippi Regis con-
siliis præerat, interfuit, cum varij multis de rebus ser-
mones sererentur, Granuella plurimos esse in Gallia est
quæstus hereticis opinionibus contaminatos. Ex eorū
numero Andeloum Castillioni fratri rerum mariti-
marum Galliæ præfecto tum in Flandria captiuo li-
bellum misisse: quo libello nihil nõ maledicti in Mis-
sæ sacrum conferebatur. Eam rem Carolus Lotha-
ringus Cardinalis Lotharingia reuersus haud occul-
tam habuit Henrico Regi. Rex euocatum Andeloum
rogare, num in profanorum, impiorūque rituum nu-
mero Missæ sacrum haberet. Ad hæc Andelous liberius
atque apertius quàm quisquam hominū existimasset,
planè animum abhorere à Missa respondit: eamque à
Christianis institutis, & doctrinæ religionisatione dis-
crepare. Hac oratione supræmodum offensus Rex pro
summo suo religionis maiorū studio vix se tenuit, quin
euestigiò malè Andeloum mulctaret: sed repressa pau-
lisper ira duci in custodiã eum iussit. Cum Christiana
Caroli Lotharingiæ Ducis matris colloquiis cum Philip-
pi Regis legatis coalescere necdū pax inter tantos Re-

Henrici
filio nu-
ptum da-
tur.

Andeloum
de missa
respon-
sum.

Andeloi
de missa
respon-
sum.

Historia
-um oilla
-ab marq

Theon-
uilla op-
ugnatar

Theon-
uilla si-
tus.

Historia
-um oilla
-ab marq

Horus
Gomes.

ges posset, Henricus incunte Maio Bordillonem Mo-
tim misit per speciem Germanicis auxiliis ab eo euo-
catis obuiam honoris & praesidij causa procedendi.
Eodem quoque Veruilla prouincia Metensis praesi-
pergit: ac contractis quæ in ea prouincia fuere praesi-
diis, vna cum Bordillone ad Theonuillam magnol
cum numero militum accessit: seque eodem fere tempore
ei Lunaburgus filius, Grombax, Schenenijs, Baldo pra-
tus, Henricus Stopus, Lantgravius Filius, Refbergus
praefecti cum quatuor equitum millibus coniungunt.
Idem faciunt Rochandolphus, Recrocus vna cum
Lusseburgo filio, Refbergus filius, Valdeburgusque cum
quatuordecim Germanorum peditum millibus: ac ite-
e Campania Niuernus Dux profectus magna cum
multitudine equitum, peditumque sese in eorum quos
diximus numerum aggregat. Eodem quoque Guyfa
Dux, cui summam belli ab Henrico Rege mandatam
demonstrauimus, ad III. Iunij Nonas aduenit. Id op-
pidum magna ex parte latae paludes circumdant: & quæ
in Lotharingiam spectat, Mosella flumine moenia eius
alluuntur: reliquas partes muri firmissimi, vallumque &
castella muniunt. Sed cum eo pontibus extruendis
multam materiam comportari Guyfa curasset, tormen-
ta in ea parte disponi quæ flumen interfluit, quod ea
erat infirmior, imperauit. Erat in oppido non exiguum
ominò praesidium: ac bombardæ omnis generis mul-
ta: quæ cum crebro pilas grandiores euometent, ma-
xima nostris iniquo loco pugnantibus detrimenta in-
ferabant. Horus Comes vt subsidia in oppidum

introducèrentur, magnopere laborabat: sed multis ex
 eo numero interfectis pedem referre est coactus. Sex-
 to die everso muro oppidi in quadraginta pedum lon-
 gitudinem: quòd adiunctū ad eum vallum fuisset, Cype-
 trā, Stephaniūque Guyfa cū paucis peditibus ex-
 plorare idne superari possit imperat: reliquam multitu-
 dinem subsequi, si id ex usu esse Cypetra, Stephaniū-
 que prævideant. Si summa animi magnitudine vallum
 conscendere: & cum oppidanis cominūs conflixere.
 Quod si extetorum par animus atque virtus fuisset, eo
 die in Gallorum potestatem Theonuilla peruenisset.
 Sed cū eminūs tormentis vexare oppidanos prius-
 quā concertaretur Guyfa optimum existimaret: cō-
 trāque oppidani pillas pariter tormētis eiaculari nō in-
 termitterent, Petrū Strossam Tribunū militarcū Guyfa
 colloquentem, cuiusque humeris Guyfa tūm innite-
 batur sustulere: cuius viri morte tamen multūm Guyfa
 moueretur, quòd eius consiliis, operāque vti plurimūm
 solebat: tamen animum confirmat: & cū per Niuer-
 num Ducem præter opinionem omnium fossas in ipsis
 paludib⁹ repagulis vtrinque eas munientem ad turrim
 quandam vsque qua parte infirmiores oppidi esse mu-
 nitiones perspexerat: propterea quòd eum locum de-
 fendi paludibus oppidani existimabant, perduxisset:
 tormentāque eò promouisset: resciso vallo quo turris
 protegebatur, Guyfa, Niuernusque Duces, sese peri-
 culis omnibus obieciatūre, tantūmque animi nostris
 addidēre, vti in turrim conscenderēt, eiusque potiretur,

Petrus
 Strossa
 tribunus
 militaris
 tormento
 iectus mo-
 ritur.

Qq. iij

Torris
Theon-
uilla gal-
li. potiu-
tur.

Astucia
bellica.

Caprebi*
Theon-
uillę pre-
fectus sibi
suisque
salute im-
petrata
oppido
excessit.

Eam Guyls statim humo, atque cespitibus compleri,
& tormenta in ea collocari præcepit: quibus & te-
cta ædium in oppido deiiecit: & facile ne con-
fertim eodem oppidani conuenirent, prohibuit: plu-
rimumque incommodi in omnes partes illis intulit.
Ii ductis intra murum vallumque fossis, sulphur,
picemque ac sarmenta in eas iniiciunt, vt cum irrum-
pere Galli niterentur, Flamma atque ignes prohi-
berent. Ea cognita re Guyls Dux deductis ad
mœnia militibus, cum se eò loci oppidanorum mul-
titudine contulisset, vbi euersos muros cernerent,
tormenta promoueri à tergo suorum iubet: militi-
bus signum dat, vt cum excitatum in oppido
ignem ponè muros viderint, sese loco moueant:
vt in confertam hostium aciem tormenta emittantur.
Id cum factum esset: ac Flamma fumusque conspe-
ctum Gallicorum tormentorum, nostrorumque mili-
tum oppidanis eriperent, tormenta magnum hostium
numerum prostrauere. Ea clade commotus Capre-
bius Theonuillæ præfectus impetrata sibi, suisque sa-
lute oppido excessit X. Iulij Calen. Eius oppidi præ-
fectura Vetusuillæ Metensis prouinciæ præsidii man-
datur. Nostri dies aliquot morati ad oppidum dum
id muniretur, inde ad tria equitum millia ad Lu-
xemburgum misere: qui Luxemburgiis animi quid
esset periculum facerent. Ii Mansfellum, Hornumque
magnis præsidiis tenere oppidum comperere: atque
leuiore prælio cum Luxemburgiis congressi ad exerci-
tum rediere. Ineunte Iulio mense ad Arlonem Gallicæ

copiæ peruenerunt: quod oppidum quinque signis perditum custodiebatur: qui cum de deditioe agere simulassent, oppido inflammato sese abscondito, reconditôque poste oppido subdixerunt. Nostri illius vacui reperti munitiones omnes dirruerunt. Ad id tempus Altuscurtus Yuoi præfectus Rossignolum, Villamontanum, Chigniumque castella, quæ à nostris paulò ante capta, nostri receperant, subegit: ac Villamontanum, Rossignolumque excidit. Chignium diligentius, ut propugnaculo Herbamontano castello, Yuooque oppido esset, communiuit. Sub hæc tempora

Monerius Prætoris Parisiensis legatus falsi, atque reptundarum conuictus ob quæstionē de Ascotii Ducis custodiabus de quæstione de Ascotii Ducis cognata id pœnæ tulit Senatus Parisiēsis iudicio, ut infamia notaretur, ac in Ream insulam deportaretur. Sed cum Thermeti qui in Tribunatū militū Strossæ successerat, exercitus in Caletibus à Rege relictus esset, deducto eo in Flandriam agros latè vastauit: tum Bergham, Domquercamque oppida cœpit. Inde onustus præda cum se Iccium reciperet, cum Admiralis Ecmontanus Comes, Flandriæ Præses consecutus, ad Grauelinam oppidum cum eo in ripis Fluminis, quod tum propter imbres exundabat, prælio conflixit: ac magno numero nostrorum interfecto Thermetem cum Aneba, Villebone, Moruillari atque aliis compluribus cœpit: reliquos omnes in fugam coniecit. Id prælium III. Idus Iulij commissum est. Ad id ferè tempus Lutetiæ cum uespere multitudo hominum.

Monerius
parisien-
sis præto-
ris lega-
tus infam-
ia nota-
tur.

Thermetis
& gallici
exercitus
strages.

animi laxandi causa in campum scholasticum vt fit,
 conueniret, pauci ex ea qui se a maiorum religionis ra-
 tione segregarant, in ambulantes Dauidis psalmos Gal-
 licis versibus canere coeperunt. Tum caetera fere turba
 ludos ommittere: ac se in eorum numerum aggregare:
 Psalmosque vnà canere. Ea res cum cantus suauitate,
 ac rei nouitate multos alliceret, sequentibus diebus
 maxima multitudo hominum in his Antonius Nauar-
 ræ Rex, Ianaque vxor eodem couenit. Id sacerdotes, &
 qui auita religionis studio præter caeteros tenebantur,
 ægerrimè tulère: quòd eam inuentam rationem opi-
 nabantur, qua sacra publica peragi Latina lingua ve-
 rustissimo institutò solita præ eo cantu, quem è vulgo
 quiuis caperet, contemnere plebs indocta assuesceret.
 Itaque ad Regem res defertur: ac seditionis quæstio in
 eius rei authores decernitur: idque ne in posterum fiat,
 capite sancitur. Ad eiusdem Iulij mensis exitum An-
 glorum ac Fládrorum classis ad sex millium hominum
 Conquestum Britannix Armoricæ oppidulum de im-
 prouiso appulsa, eo incenso proximos vastare agros
 coeperat: quos Kerfimo coacta statim agricolarum
 manu aggressus, dispersos dissipatosque multos inter-
 fecit: magnumque item numerum cepit: caeteri in na-
 ues profugerunt. Insequenti mense Henricus Rex cõ-
 ductis ad Ambianum copiis suis omnibus, in quibus
 magna erant ab Illermo Saxone adducta Germanorù
 auxilia, cum Philippo Rege prælio congregi statuebat:
 nec valde certamen recusare. Philippus, qui prope
 Henrici castra confederat, putabatur: sed res ita transa-
 cta est,

Conque-
 stum Bri-
 tannix
 oppidum
 incensum

Ita est, ut se Rex uterque munitis castris totos fere tres menses contineret: neuterque alterius castris oppugnandis iniquiorem locum: conditionemque pugnandi subire: propterea quod de summa rerum certamen futurum videbatur, in animum induceret. Itaque Nouembri fere exacto mense ambo præssi frigoribus castra mouent, exercitusque dimittunt: postquam de pace multum per legatos egissent, qui in Sercano cœnobio Paulini Comitatus conuenerant: idque colloquium nuncius de Mariæ Angliæ Reginæ Philippi coniugis morte allatus diremisset: ac item iusta Carolo V. Imperatori parenti facere consuetudine suorum populorum institueret. Is animam egerat XI. Calend. Octobris: ac paulò ante eum Eleonora soror: quam Franciscus Galliæ Rex decedens in matrimonio habebat. Extremo Nouembri Mommorancius Magister equitum, qui à Quintiniana pugna captiuus à Philippo Rege tenebatur, sed cui bis in Galliam venire ad Regem pollicito reditum erat concessum, ducentis millibus francicùm numeratis dimittitur. Eo deprecante Henricus Rex Andeloum sorore Mommorancij natum eductum iam antè custodia, atque Missæ sacrum iussum colere, in pristinum gratiæ locum honorumque restituit. Decimo octauo Calend. Februarij anno datæ salutis hominibus millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Elyzabetha Henrici VIII. Regis, Annæque Bolenniæ (quam is olim uxorem capite multauerat) filia publico Angliæ in concilio regno inauguratur: eademque statim Catholicæ, Roma-

Henricus & Philippus tres menses castris se totos continent.

Mors Mariæ Angliæ reginæ pacis colloquium diremit. Cæsaris V. Mors.

Mommorancius è captiuitate se redimit.

andelous in gratiâ reuocatur. 1559.

Elyabe-
 ta Regina
 Angliæ
 declara-
 tur quæ
 postea Ec-
 clesie Ro-
 manæ ri-
 tus, tota
 Anglia
 exigit.
 Claudia
 Henrici
 filia Lo-
 tharingie
 duci nu-
 ptum da-
 tur.
 Bellis
 cruentis-
 simis in-
 ter Phi-
 lippum &
 Henricum
 Reges fi-
 nis impo-
 nitur.

Pacis cõ-
 ditiones.

næque religionis cæremonias iterum Anglia exigit: quas
 Maria Regina summo studio coluerat: ut cuius pau-
 corum annorum regno supra bis mille homines variis
 locis Angliæ damnati capitis feruntur, quod à religio-
 ne Eduardo Rege suscepta discedere noluiſſent. Non-
 nis Februarij Claudia Henrici Regis Filia Carolo Lo-
 tharingiæ Duci in matrimonium datur: nuptiæque
 Parisiis fiunt summo apparatu. Tertio Nonas Aprilis
 cruentissimis bellis inter Henricum, Philippumque
 Reges per legatos finis imponitur. Eius legationis
 principes fuere ab Hærico Rege Carolus Lotharingus
 Cardinalis, Annas Mommorancius Dux Magister
 equitum, Iacobus Albo Andreæanus Tribunus mili-
 taris, Ioannes Mõruillaris sanctioris concilij senator, &
 Claudius Albaspinæus regius secretarius: A Phillip-
 po Rege Ferdinandus Aluares Albæ Dux, Illermus
 Nassauus Auranciæ Princeps, Hugo Syluius Comes
 Mellitenſis, & Antonius Perrenotus Attiebatensis
 Episcopus. Hi Cameraci collocuti adhibitis discepta-
 toribus Christiana Anthonij Lotharingiæ Ducis quõ-
 dam vxore Philippi Regis consobrina, Caroloque
 Duce filio ad has condiciones descendant. Ut firma
 ac rata sint quæ ante octennium Carolus V. Impera-
 tor Philippi pater cum Henrico Rege pepigerit. Ut
 ambo pro suis quisque partibus concilium vniuersæ
 ecclesiæ procurent, quo tantæ de religione dissentio-
 nes atque dissidia componantur. Philippus Quin-
 tinium, Hamum, cæteraque finitima oppida & agros
 Henrico Regi: vicissim Henricus Philippo Theon-

uillam, Mariaburgum, Yuoum, Mommidiū, Danuillarium, cæteraque recenti bello capta oppida: præterea Carolium Comitatum, Vallenciámque Mediolanensi Ducatui contributam urbem, atque Isdinum maioribus Philippi ereptum restituant. Fit Henrico potestas Yuoi mcenia atque arces solo adæquandi: vt eiusmodi re Teroanæ direptio, atque euersio ab Hispanis illata vindicetur: eaque oppida ne in posterum vlllo opere, aut munitione firmare liceat cauetur. Ad hoc vt à Philippo Rege Francisco Delphinati Henrici filio Crepecorum, Totauillanis Paulinus Comitatus: ab Henrico Rege Bouinæ Bulliôque Eburonum Episcopo: Mantuæ Duci Monsferrax Marchionatus: Liguribus Corsica insula reddantur. Tota porro Sabaudia, Bressia, atque Subalpina prouincia Philiberto Emmanuelli restituantur: quorum locorum imperio parentem eius Franciscus I. Gallix Rex expulerat. sed Henrico priusquam eas regiones restituat, opera, munitionesque à Gallis in iis locis extructa euertendi potestas datur. Quæ Buresis Crepacori nomine: Marciis Bullionis: Paulini Comitatus Henrico, Philippoúe: Sabaudix, cæterarúmque Emmanuellis possessionum Henrico auitæ successione iure, aliarúmque quaruncunque rerum actiones competerét, eæ per arbitros æquo iure dirimantur: quod vt sine fraude fiat, munita, firmaque oppida certo numero Henrico, Philippoque Regibus in Subalpinis regionibus ad tēpus constitutum cum præsidio obtinere conceditur: præter hæc

Oppida
quæ Hé-
ricus Phi-
lippo, &
quæ phi-
lippus
Henrico
reddunt.

fancitur, vt qui à cuiuscunque Principis partibus steterint belli temporibus, publicatas ob eam causam possessiones, ereptaque sacerdotia recipiant: sed fructuum causa negantur actiones: cætera quæ regia, aut principali authoritate belli tempore gesta sint in iis nationib⁹ quæ belli iure tenebatur, atque quaruncunque rerum iudicia firma, fixaque esse decernitur: qui in demortuorum locum successi sint, sacerdotia atque magistratus, itémque huius generis alia Principum liberalitate in se collata eo iure teneant, quo qui optimo. Quò verò pax arctiore vinculo constet, Philippo Regi Elyzabetha Henrici Filia, Margareta eiusdem Henrici soror Emmanuelli nuptum collocantur. Elyzabethæ quadringentorum millium aureorum: Margaretæ trecentorum millium dictæ dotes. Eas conditiones vti de his per legatos conuenerat, Henricus Philippusque Reges comprobarunt. Eodem tempore fœdus percussum ab Henrico cum Elyzabetha Angliæ Regina: deque Iccioportu atque Caletibus contentionem per arbitros decidi placuit. In id fœdus adscripti Franciscus Henrici filius, ac Maria Scotiæ Regina eius coniunx. Qui tùm religionis legibus damnatæ studio acriore tenebantur, conuocatis ex omnibus Galliæ prouinciis religionis suæ Ministris habuere occultè Lutetiæ concilium religionis suæ constituendæ causa: eodemque fere tēpore concilium item vniuersi Parisiensis senatus habebatur quod Mercuriale vocant: eò quod status ei vulgò est Mercurij dies. Hoc concilij genere in senatorum singulorum mores inquiri propriis eorundem testimoniis

Elyzabetha Henrici filia Philippo, Margareta Emmanuelli nuptum collocantur. Fœdus percussum cum Elyzabetha Angliæ Regina.

Mercuriale Parisiensis senatus.

mos est: quorū si qui admisisse quicquam præter officium arguuntur, grauibus verbis castigantur: aut si digna res animaduersione videatur, quæstio etiam decernitur. præterea quæri assolet si quid vniuerso in senatu perperâ, vel singulis in classibus geratur: actaque eorum conciliorum mitti ad se cauere edictis Reges.

Hoc in concilio Bordinus regius Cognitor vir summè eloquens verba facit de iis qui Luteranæ impietatis arcessantur: senatūque reprehēdit, quòd vulgò de hoc crimine dissidentia inter se iudicia faciat: plurimāque etiam à regiis legibus abhorrentia. Sed id in primis exagitat, quòd in ea classe quæ capitalibus iudiciis præest, in quam senatores vicissim coeunt, duo quidam homines appertis, certisque testimoniis conuicti hæresis, & qui in impia sentētia perstarent, solum vertere tatummodò iussi essent. Intempestiuam istam, exitialemque lenitatem inolescere in senatu contra regiarum legum præscripta, senatūque ipsius instituta. Magnam vituperationem ob eam rem subire senatum vniuersum: remque esse summa in inuidia. esse denique senatus grauitate alienissimum, vt idem crimen, prout ingenium est eorum qui iudices confident, nonnunquam summo supplicio: aliàs vix dignum nota qualicumque censoria videatur, legesque peruertantur. Hoc Regi, qui studio religionis longè maximo teneatur, nunc certe cū à bellis requiescere incipiat curæ fore. Sed sibi satiùs videri, vt per se rem senatus constituat, quàm vt ignominia ipsorum Rex suis legibus restituat authoritatem. Primo die concilij huius (nam id interdū

Bordinus
cognitor
regius ad
senatum.

in plures profertur, rogati sententiam quaterni senatores summo supplicio Luteranos addicunt: præsertim si in sententia perseuerent. Vbi iterum conuenissent, Arnaldus ferrerius Præses curiæ vir iuris ciuilibus consultissimus conciliū vniuersæ ecclesiæ cogendum statuit, quò erroribus hæresibusque obuiam eatur. Ei Antonius fumæus assensus vetustiores religionis ac rerum sacrarum ritus commemorat: eorum immutatos plurimos, atque ex optimis sanctissimisque impuriore factos, paulatimque corruptos: atque ipsos sacerdotes acriter oratione perstringit. Malè hoc comparatū, vt hi pro hæresi vulgò habeant, cum quis sententiam vllam sequitur, quæ suis commodis officiat. Cōcilia iam per multos annos haberi desita: eoque summa licentia errores propagari. Parum supplicia valere ad collabentem ecclesiæ statum reparandum, ni corrupti sacerdotum mores ante omnia corrigantur: ac vitia quibus hominum animos mentesque offendi cernimus, omnis denique corruptio à stirpe excindatur. Ratione cum iis pugnandum, qui quam induxisse in animum ratione sententiam persuasum habent. Cum probatum argumentis, ratione, testimoniis, quicquam, refutatum uel fuerit, rem non in obscuro fore: mirumque assensum omnium ex ea re, expectandum. Dum id fiat temperari poenis decernit. In hanc sententiam pedibus alij frequentes senatores iere. Nonnulli etiam semestre Luteranis statuere, quo impunè reuocare sententiam daretur: si in ea persisterent, bonis fortunisque incolu mibus è Gallia exigentur. Commouit hæc res Præsidum quorundam senatus mirandū

Nonnulli
senatores
tacite Lu-
theri do-
ctrinam
approbat.

in modum animos, tot in senatu reperiri, qui tam molli articulo demulcendum hoc tam inuisum genus hominum decernerent: resque ab his occultè delata ad Regem, antequàm sententiæ ab omnibus dictæ essent, senatúsque dimitteretur. Cùm Rex de improviso incuriam esset ingressus ad III. Iunij Idus, Claudius Viola sententiã rogatus concilium de religione similiter atque hij qui ante dixissent, indici debere censuit. Post hunc Furnius senator eius sententiam secutus multa de nonnullis in ecclesia corruptis deprauatísque rebus liberè disseruit: abstinendúmque pœnis censuit, dũ res ad concilium referretur. Vidédum etiam atque etiam, vt qui impietatis alios damnant, ipsi in primis ab omni scelere vitióque vacui & puri sint. Annas Burgus ei sententiæ quoque astipulatus, multùm de Dei consilio prouidériãque disserere. huic obsistere cõsilia hominũ non posse: remque ita habere, vt si eorum hominum qui Luterani dicuntur cum veritate opiniones coniuncte sint, frustra in eos omnia cruciatus exempla edãtur. Sacerdotes atque Pontifices contaminatam flagitiorũ omni genere vitam agitare: resque benè & sanctè institutas suo vitio, malísque artibus corrũpere, nonnullos eorum errores manifestiores esse, quàm vt dissimulari debeant. adhæc non eodem loco opiniones omnes, ac placita quæ hæresim sapere dicantur esse habendas. quedam tantum impietatis spirare, vt flammæ omnes accerbitatésque suppliciorũ promereantur: quedã esse huiusmodi, vt leuiore animaduersione digna sint: quedam tam parui facienda, quæ huic crimini affinia.

Henricus
de impro-
viso Cu-
riam in-
greditur.

Senatorũ
opinio-
nes.

Annas
Burgus
libere
sententiã
dicit.

Harleus,
Sequieref
que presi-
des sena-
tus iudi-
cia defen-
dunt.

ferantur, vt ne punienda sint quidem. Harleus, Se-
guierusque præsides iudicia senatus obnixè defendunt.
Non quenquam senatorem insimulari corrupte sen-
tentię: eam vnumquenque dixisse quam probaret: libe-
ra iudicia senatus, liberas esse voces oportere. Si fraudi
sit senatori dixisse quod sentiat, quam faciem senatus,
quod iudicium eius fore? non eandem esse culpam om-
nium qui eadem interrogentur lege: mitiores pœnas
irrogari, cùm minore malitia aut prauitate animi fla-
gitium sit admissum: aut si qui interdum humanitatis
lapsi reperiuntur: aut cùm spes affulget vitę probioris:
contraque exasperari pœnas solere, si quod facinorum
genus inualefcere perspiciatur: atque hæc prudentes iu-
dices ita moderari, vt ex vsu reip. futurum vident. Sed
hæc consilia vulgus hominum, qui res non ex vero, sed
ex rumoribus libidinēque animi estimat, minus per-
spicere. Non aliter iudicaturum Regem, quàm senatus
faciat, si per se iudicet, qui suis partibus senatum in iu-
diciis fungi voluerit. Nihil seueritati reliquum factum
in iudiciis horum criminum, dum spes fuerit profici
pœnis posse: quod cùm tam sæpe diuque tentatum nõ
procederet, haud ab re facturum senatum existimasse,
si nonnunquam lenitate sententię reuocare ad sanita-
tem quosdam tentaret, præsertim cùm nonnulli homi-
nes orationis Luteranorum capti suauitate errore ma-
gis, quàm scelere prauitateue animi se ad eos aggregasse
videantur. Thous præses in eam sententiam inclinans
regium Procuratorem reprehendi oportere statuit,
qui nulla graui de causa iudicia senatus improbarit.

Thous
præsides.

Baille-

Bailletus præses ea de re questionis instrumētis, actif-
 que iudicij perspectis vniuersum senatū decreturū. Mi-
 nardus præses edicto regio pareri iubet: & ab eo ne la-
 tum quidem, quod dicitur, recedi vnguem. Magister
 princeps senatus edictum regium laudibus in cœlum
 effert: nullam sat acerbam tam graui crimini decerni
 pœnam posse: hac lue magnam iam affectam partem
 Galliæ: nihilque ea secpere latius. Clemētia Principum
 atque facilitate condonata noxam quandoque im-
 pio huic generi hominum fuisse, si respicerent. Id non
 modò vxcordes pollutósque homines nō reuocasse ab
 impuritate: sed ea ex re contagionem sceleris quasi pe-
 stilentiam plures inuasisse. Si sua sacris autoritas non
 constet, quis consistere regnum iustitia religionēque
 fundatū: quis iudicia firma scincerāque: quis res deniq;
 aut fortunas hominum saluas religione sublata putet?
 An Deum, diuósque nobis fore propicios, quibuscum
 tetros profanosque homines gigantum more certare
 sinamus, cósque omni ludibrio habere? Exempla etiā
 addit anteriorū Regum: in primísque Philippū Augu-
 stum laudat, qui sexcentos hæreticos vna die flammis
 concremari mandauerit. Adhæc Valdenses Lugdunēsi
 in prouincia in tuguriis, antrisque quasi formicarum
 greges igni fumóque suffocatos: latebrásque omnes
 quò se cunque abdiderent omni studio diligentiaque
 peruestigatas. Regi in consilio aderant Borbo, Lotha-
 ringus, & Guisa Cardinales: Mompenserijs & Rupe-
 subyo Principes: & Mommorácus Magister equitum.
 De eorum sentētia Rex Furniū, Burgumque è vestigio.

Bailletus
 præses.
 Minardus
 præses.

Magister
 princeps
 senatus.

Sexcenti
 hæretici
 vna die
 igne con-
 sumpti.

Senato-
res pari-
sienſes in
cuſtodia
rapti.

in cuſtodiam rapi iubet: ſeque de iis iudiciis ſenatus,
quæ hoc turbarum mouiſſent cogniturum edicit. Pau-
cis poſt horis Fumeum, Ferreriũ, Vallam, Cl. Violam,
Portanum, Fluſſatẽmque coniici quoque in carcerem
imperat. Valla, Ferrerius & Viola præſenti periculo ſe
ſubducunt: cæteri in vincula deduntur. Hiſce rebus im-
pulfus Henricus Rex dat ad præfectos municipales lite-
ras: hiſque mandat, vt à acres de ſp̄reta contemptaque
religione quæſtiones habeant. Nam ſe bellicis expedi-
tionibus occupato conuentus occultos improbatæ re-
ligionis habitos multis in locis Gallia: ac certos homi-
nes impietatis huius ſummos artifices Geneua in Gallia
emiſſos, qui ſuũ illud peſtilẽtis doctrine virus in omnes
partes ſpargerent. Tantam plurimorum iudicum ſupe-
riore tempore negligentiam fuiſſe, vt ipſi affines huic
crimini videantur. Hiſ rebus inductum cõſtituiſſe pri-
mo quoque tempore graues viros in provincias omnes
atque præfecturas legare: qui tũ in hæreticos, tum in
iudices ipſos inquirant. Eodẽ tempore Amelto Arania
Ducis filius cum primis in Scotia potẽtis Principis Ca-
ſteleraldi Pictonum oppido cõmorabatur, quod Hen-
rici Regis liberalitate Dux pater proximis annis obti-
nuerat. Is belli ſuperioris tẽpore plurimũ damnatæ legi-
bus religioni ſtuduerat: eiũſque conuentus frequentes
in Pictonibus habuerat. Cũ euocatus à Rege offen-
ſionem eius animi metuens diẽ de die duxiſſet, vbi ad
ſe cogendum armatorum manũ miſſam comperit, fu-
gam maturat: ac quàm poteſt occultiffimis itineribus
ad mare peruenit: conſenſaque naui paucis diebus in
Scotiam appulit. Magiſtratus ex eo tempore certatim

Amelto
Arania
Ducis fi-
lius he-
retica
prauitate
imbutus.

super tali re suspectos quoscūque homines exagitare
 quæstionib⁹: magnāq; seueritatē adhibere. Rothomagi
 senatuscōsulto aqua ignique Ministris eius religionis
 interdicatur: hostiūmq; numero haberi iubetur: eò am-
 plius capitale esse statuitur, si quis eorū cōueticulis ad-
 fuerit: parētibus herisq; noxæ esse, qui nō accuratè suos
 ea re prohiberēt. Hæc eò fieri senatuscōsulto prescribitur,
 quòd intellectum senatui sit miscere omnia Mini-
 stros statuiffe: diuina, humanāque promiscua habere:
 eoque vāsanix processisse eorū quosdā, vt magistratuū
 imperiis eatenus parēdū dicerēt, quoad ea cōsentanea
 essent Euāgelij legibus. Edicto mox sacrarū concionū
 munere Rex interdicat omnibus, qui ab Episcopis eo-
 rumūe legatis approbati nō fuerint: eāmq; rē prefectos
 municipales vnā cū Episcopis sedulò iubet curare. Ali-
 ter propter hereticorū fraudes retineri nō posse religio-
 nē: pessūmq; iturū regnū, ni omni ratione hoc inqui-
 natissimum doctrinæ genus cohibeatur. Iunio mense
 Ferdinandus Aluares Tolleda Albæ Dux, Illermus
 Nassauus Aurancix Princeps, Admiralis Ecmontanus
 Comes missi in Galliam à Phillippo Hispaniæ Rege le-
 gati Lutetiam Parisiorū venēre procuratorio nomine
 Phillippū cum Elysabeta Henrici Regis filia despon-
 satum. Incredibile memoratu quanto apparatu, pom-
 pāque peracta res. Emmanuelis Sabaudix Ducis cum
 Margareta Henrici sorore nuptiis celebrandis eadem
 parique pompa apparabatur. Tūm quotidie ludicra
 certamina haberi: (sicuti Galliæ mores ferunt) ac in his
 Henricus Rex, qui equestri certamine cæteros ante-

Rothoma-
 gi senatus
 consulto
 aqua igni-
 que mini-
 stris in-
 terdicatur

Legati
 Philippi
 Lutetix
 Philip-
 pum cum
 Elysabe-
 tha Hen-
 ricus filia
 despon-
 dent.

Henricus
vulnera-
tur.

cederet, prim^o virtutis suæ specimē edere. Vbi armatus multos iam summa fortitudine equo deiicisset cū Gabriele Mongomerio Comite custodiæ eius præfecto iuvene valētissimo congressus, hastis vtrinque cōcursu vehemētiore cōfractis, ea ex parte galeæ qua prospect⁹ datur, ad dextrum oculum feritur: multusque è vulnere cruor manat. Repente immutatur spectaculi facies: atque è summa lætitia tristitia omnes miseratiōque ingēs inuadit. Afflictare sese omnes, manúsque in cœlū supplices tendere: miserari Regis vicem: rogitare Deum, diuósque pauore consternari: superbia, delitiis omissis ad luctum omnia conuertere: quæritari Regem admirabili comitate non deiectum ab hoste, cū tot præliis bellis que defunctus sit: sed pace facta finitimis cum Regib⁹, celebritate nuptiarū filiæ, ac sororis graue vulnus à custodiæ præfecto accepisse imprudentē: illūque modestiæ & humanitatis, qui se subditis exæquaret, indignas pœnas ferre. Medici à principio nonnullā spem faciunt sanandi vulneris: ac in primis auertendū ab oculo noxii sanguinis humorūque profluuium putant. Recrudescit tamen in dies malum: quóque res tandem euadat dubitatio omnes subit. Cū iam de salute desperaretur, Emmanuel Sabaudia Dux in Regis accitus cubiculū solennibus factis cum Margareta eius sorore connubio iungitur: paucisque post diebus Henricus Rex Princeps humanissimus, bellóque valde strenuus moritur. Id fuit ad VI. Iulij Idus.

Emanuel-
lis cum
Margare-
ta nuptiæ.

Henricus
moritur.

INDEX RERVM MEMORABILIVM

quæ in hoc libro continentur: a, primam paginam significat, b, secundam.

A

A bbates à Pontifice Max. creantur.	fo. 7. a	106. a	Andeloi de missa responsum	154. a
Aduocati regii	fo. 5. a		Angli statuas Dei & sanctorum tēplis exturbant.	24. a
Administrationem paucorum quæ mala sequantur	fo. 86. a		Angli sagitis vtuntur	37. a
Agatanus vicus	fo. 150. b		Angli Bononiam reddunt	48. a
Aquensis senatus decretum	49. a		Andreas Doria Casarianæ Classis præfectus	110. a
Albani equites	129. b		Anatanus comitatus	151. b
Albæ ducis castra	96. b		Apes suos reges habent	85. a
Albertus Brandeburgus	93. a		Archiepiscopi à Pont. Max. creantur	7. a
Aluares Tolleda Casaris legatus	96. a		Archiepiscopus Remensis regem consecrat	2. a
Alsatia Regio	75. a		Argumentum à minori ad maius	98. a
Ampulla sacri olei quo nouus rex vngitur	18. b		Argentineses portas aperire negat.	76. a
Amalardus Treuirensis episcopus in diuorum numero habetur	93. b		Argentinesem episcopum constitutum à Dagoberto sunt qui putent	77. a
Ambletelium expugnatur	43. a		Argenteum pallium	18. a
Anguianus in Quintiniana pugna moritur.	145. a		Armorum iura ad magistrum equitum pertinent	2. b
Anabaptistis capitis supplicium imponitur	15. b		Ascotius vt medicus capitur, instar furis euadit	135. b
Andelous in gratiam reuocatur	157. a		Arces Dinatina euertitur	116. b
Andium Dux à Polonis Rex electus	63. b		Astucia bellica	155. b
Anglorum gens vatum predictionibus superstitione addicta	36. a		Aumalus cū Brandeburgo cōgressus saucius capitur	99. b
Annas Burgus senator Pa.	160. a		Augustana confessio	15. b
Anna Moramorancius in Gratiam reuocatus	9. a		Auri & Auricalci fodinæ	74. b
Antonianum castellum vi captum	73. b		Authorum iuris interpretes in foro laudantur, quamuis infulsi	5. b
Antiquitas regni Gallorum	1. b			
Anglorum quorundam internecio				

Auguratio regum Gallia quomodo
fiat 18.a
Aureus torquis conchulatus ordinis
Equestris sanctioris in signe 18.a
Auxilia Henricus à confœderatis
regionibus accersit 149.b
Aurenciæ princeps Cæsaris legatus
127.a
Austasiæ reges 86.b
Aurelius fregossa Florentinus
113.b

B

Bato oppidum incensum 117.a
Barones qui 6.b
Bastia à Dorianis expugnatur
110.b
Bastianenses sub certis conditioni-
bus in Gallorum fidem veniunt.
109.b
Bernates Henrico offensi 121.b
Bertrandus Lizeto subrogatur 46.a
Bellum atrox inter summum Pont.
& Henricum 54.a
Bellozani ad Patres Trindentinos
oratio 59.b
Bellum in prouincia gestum parū
gloriæ Cæsari attulit. 97.b
Bernardini & suorum audacia.
110.a
Biezus carcere includitur 40.a
Biellanenses Henrico se permittunt
124.a
Bintium Mariæ Regiæ oppidum
euersum 117.a
Bipontinus dux Henricum huma-
niter excipit 81.b
Blanconetiani Henrico se dedunt.
43.a
Bonifacium oppidum Henrico se
permittit 109.b

Bononiensis ager 56.b
Bouinæ inflammantur 116.b
Bononia ab Anglis capta 42.a
Bombardæ Cæsarianorum captæ
118.a
Britannia & Scotia olim vnū regnū
& vnius lingue 33.a
Brabanso Maria vngariæ regiæ le-
gatus 99.a
Brissax tribunus militatis subalpi-
næ regionis præses 54.b
Brandeburgi fides suspecta 94.a
Brandeburgus depredationes suas
gallicis armis prætexebat
90.b
Burdegalæ seditio pro salinis exorta
27.b
Bullio Dux veneno extinictus
139.b
Bullionis castelli situs 88.b à Marcio
capitur ibidem.
Burdegalam Mommorancius non
portis sed æquatis solo mœnibus
ingreditur. 31.a

C

Carolus V. se suis regnis abdicat.
131.a. ipsius ad populum ora-
tio ibidem. vt celestibus vacare
possit terrenis renunciat ibidem.
Imperio se abdicat 132.a
Castella ab Anglis extructa
42.b
Carolus Lotharingus in cardinaliū
numerum cooptatus 21.a
Catharina celebri pompa Lutetiam
ingreditur 42.a
Castellum è regione turris ornata
ab Henrico ædificatum 32.b
Caletum quo tempore captum sit
ab Anglis 150.b

Cambresum castellum captum. 123.b	Cataphraſti milites 3.a
Carluſum caſtellum captum 102.b	Ceſar Metimoppugnat 93.a
Capuanus glande plombea tor- mento emiſſa iſtus moritur 119.a	Ceſarianis cedentibus vltro, Galli Dinantium ingrediuntur 116.a
Cafalum Gali aſtu capiunt 124.b	Ceſarianis pulſis Senenſes caſtellū vrbis euertunt. 92.b
Catharina caronatur 41.b	Cœnobio à Dagoberto inſtituta 77.a
Caprebius Theonuillæ præfeſtus ſe vrbemque Guiſæ permittit 155.b	Cetalij clientes abſoluuntur 52.b
Caſtella capta à Ceſarianis 107.a	Certani ſe tradunt Termeri 121.a
Catharinæ reginæ genus 8.a	Chiana 119.a.b
Caluiam oppidum oppugnatur. 110.a	Ceſarianis Lotharingia interdicitur 72.b
Caſtella à Gallis capta 97.b	Ceſar cum duabus ſororibus ſuis in Hiſpaniam nauigat. 137.a
Carnuus abeuntes hoſtes falſa ſub imagine ludit 100.b	Ceſariani Gallis conſpectis terga vertunt 98.b
Caſtres Parmeſque cæſis hoſtibus viam ferro ſibi aperiunt. 57.b	Ceſarianorū exercitus ab oppugna- tione Metenſi diſcedit 100.b
Catharinæ reginæ nuptiæ 9.a	Cœnobio euerſa 93.b
Caſtra Ceſaris ad bellam cruceſ 98.b	Ceſaris gratia charè empta 16.a
Cancellarius 4.b	Cherium oppidum capitur 58.a
Capellabitus peditatui gallico in Scotia merenti præſicitur. 37.b	Cimæſum caſtellum 126.b
Cameracenſium reſponſum 105.b	Claromontanus hoſtium conatum interpellat 57.a
Catholici Cabrieram oppidum ex- pugnant 52.b	Clauca quid olim appellatum 86.b
à Camberitano ſenatu hæretici nõ- nulli morte afficiuntur 136.a	Clementis affinitas opportuna 8.a
Caſtelletium captam 146.a	Reginæ Catharinæ ab patruus 8.b
Carolus ſimplex 86.b	Claromontanus in inſidias incidit. 130.b
Cambreſſium caſtellum 106.a	Claudius Lotharingiſ cum exerci- tu in Italiam mittitur 129.b
Cabrierenſes 51.a	Conuenticula Hæreticorum Lutetię via Iacobeæ detegantur 147.
Cambra Cortæ præfeſtus Maſſilia capite pleſtitur 120.b	Cofmus Medices Florentie Dux Se- nenſes bellis fatigat. 113.b
Capita legis in Lutheranos alioſque hæreticos lata. 63.b	Coniaratio Magiſtratum Gene- uenſium 127.b
	Colarnium caſtellum 56.b

Comitatus Aumaliae Ducatus dignitate ornatur.	24.a	Decretum Spirae perscriptum	15.a
Cornelius Bentiuola Florentinus exul.	113.b	Delectus militum	3.a
Concordia Piccorum oppidum	55.a	Decumarum pars media sacerdotibus remissa	9.b
Corona Dagoberti apud Viceburgum asseruatur	76.b	Dinantinorum insolens responsum	115.b
Consilium sanctius ad quid institutum	4.b	Diadema Regi imponitur apud S. Dionisium	2.a
Conquestum Britanniae oppidum incensum	156.b	Dieppensium victoria qualis	128.b
Coniuratio quorundam nobilium in Paulum III. Pont.	137.b	129.a	
Coactores noui creantur	141.b	Diana henrico ex contubernio nobilis foeminae nata nubit Horatio	54.b 140.a
Cornualia Tiffumque Castella capta	39.a	Diluuium Romae contigit	149.a
Conuentus Tridentinus	59.b	Dianae munus Henricus elargitur	19.b
Cosmus claustra	20.a	Discordiis civilibus Anglia vexata	47.a
Comites qui	6.b	Diuionensis senatus de Camberitanis senatoribus iudicium	136.b
Costae urbis expugnatio	52.b	Doctorum disputationes	7.a
Consilium magnum	6.a	Doli & Insidiae Brandeburgi	94.b
Crudelitas Burdegalensium	30.a	Dragutus Ræsus Turcorum praefectus	109.b
Curiones minoribus sacerdotiis praefecti sunt	7.a	Duodecimprimi qui	18.a
Curiae supremae in quaternas ternasue classes distinguuntur	5.a	Duces qui sint	6.b
Curiarum nomina quae in magnis Galliae prouinciis supremam iudicandi auctoritatem habent.	5.a	Dunfortis Caeteri praefectus se oppidumque Guyse permittit	151.b
Curionum Electio	65.a	Duci Lotharingo annuum quadraginta millium francicum constituitur.	72.b
Curia suprema Parisiensis ceteras dignitate antecedit	5.a		
Custodiae regiae ratio	4.a		
Cynici qui	48.b		

D

Dagobertus xij. cenobia ad Reni tipas condidit.	77.a
Danuillarium oppidum captum	82.b
Damianium capitur	58.a
Delabrum D. Michaeli sacrum	3.b

E

Ecclesiae Romanae ritus in Anglia reuocatur.	112.a
Ecclesia vetustior quomodo coaluit	134.a
Edimburgensis ciuitas Scotiae nobilissima	33.b
Eduardus Angliae Rex phtysi moritur	111.b
Edinto	

Edinto obsidetur à Gallis 34. a
 Edintone Angli potiantur 33. b
 Eduardi ad Henricum munera 47. b
 Edictum Henrici in Aquitaniam
 missum 30. b
 Edinto in Scotorum ditionem reda-
 eta 47. a
 Effigies Ducis Burgundia à Dinan-
 tibus irridetur 115. b
 Elysabeta Regina Angliæ Pontifi-
 cios ritus Angliæ exigit 157. b
 Elysabeta Henrici filia Philippo nu-
 ptum datur 158. b
 Emmanuel Cæsaris legatus 105. a
 Enerianum castellum 132. b
 Episcopi à Pont. Max. creantur 7. a
 Equitia pulsus Anglis recuperatur.
 41. a
 Equites torquati quomodo fiant
 3. b
 Ereburgam oppidū expugnat Mo-
 ricus 90. a
 Estangis mors 89. b
 Espinous comes cum sexcentis ce-
 sus 105. a
 Exercitus Strossæ vertitur in fugam
 120. a
 Exercitus Callici strages 156. a

F

F Amasius Cameracensis prefectus
 captus 116. b
 Fatales nuptiæ 124. b
 Fernesam castellum captum 39. a
 Federicus Verodunensis comes 86. b
 Federici Colomnae victoria 120. a
 Feialis Reginae Angliæ Henrico
 bellum denunciat 141. a
 Feurium castellum 39. b
 Federicus temeritatis sue poenas luit
 16. b

Fœdus percussum cum Elysabeta
 Regina Angliæ 158. b
 Fœmiliarum quarundam audacia
 35. b
 Fiscalium coactorum auctus nume-
 rus 113. a
 Fiessa oppidum in extremis alpihus
 89. b
 Florentiani fame confecti Doria
 se permittunt 110. a
 Florentianum oppidū expugnatur
 109. b
 Florentia dilaniam accidit 149. a
 Fodinae argenti 74. b
 Fortuna Hæreticorum in opera pu-
 blica impendi debent 153. b
 Foianum 119. b
 Franciscus Angolismorum comitis
 filius 10. b quo tempore cœpit
 regnare 10. b Artium liberalium
 reparator ibidem. Maximilianū
 bello persequitur 12. a. Heluetios
 profligavit ibidem. Mediolanum
 & Insubriam in protestatem re-
 degit 12. b ad Ticinium capitur
 ibidem. oppressis principibus
 subuenit 13. a. Regi Navarrae &
 Christierno opitulatur. 13. b
 Duci Vittembergensium fert o-
 pem 14. a. in Rambuliano mori-
 tur 10. a
 Franciscus Delphinati Henrici filio
 Mariae Scotiae Reginae nuptam
 datur 153. b 154. a
 Francimetopadium castellum ca-
 ptum 129. a
 Franciscus Vergna Burdegalsium
 seditionum princeps membratim
 discerpitur. 30. b
 Francia parua 75. a
 Funeris regum religio 9. b
 Fuga Cæsarianorum 105. a

G

Galliæ Reges supra ceteros Christianissimi nominantur 61.a
 Galli quatuor totidem Gallos in singulare certamen prouocant 130.b
 Gallorum Regni antiquitas 1.b
 Gallia regum in populum sibi subditum summa potestas. 1.b
 Gallia Regnum successione deferatur. 2.a
 Gallia in 14 prouincias diuisa 3.b
 Germanis principib⁹ Henricus fert opem 71.a
 Generales 69.a
 Germani principes Henrico agunt gratias & ne ultra eorum causa progrediatur, rogant 80.a
 Germani Principes Brandenburgi copias prosternunt 111.a
 Glocina ia diuos relata 93.b
 Glassa Corficum oppidum diripitur. 109.b
 Gladius consecratus Regi offertur 18.b
 Gleonis direptio 89.b
 Glasso Castellum capitur 115.a
 Grandis portus 81.a
 Gubernatio vnus melior quã multorum 85.a
 Guerinus fisci aduocatus capite plectitur. 53.a
 Guyse Dux cū firmo præsidio Metim ingreditur 93.a. Humum egestam suis humeris ad vallum exportat ibid.
 Guyfia ducis egregium responsum 94.b
 Guyna capta à Gallis 152.a

H

Haldreania regio 74.b
 Hamum castellum Philippus

expugnat 148.a
 Haganoeses coacti portas Henrico aperiant 76.b
 Honoraria sportulasue Iudices è mandatis scripto litibus capiunt 5.b
 Herbamontanum castellum 152.a
 Heluetiæ ciuitates ad regiæ infantis lauacrum inuitantur 22.a
 Heluetij ad concordiam reuocantur 121.b
 Heluetij cum Henrico foedus percutiunt 44.a
 Heluetiorum ciuitates pro Gallicis protestantibus intercedunt 147.b
 Heretici in Anglia flammis exustulati 122.a
 Hereticorū iudicia episcopis & eorū Legatis permittuntur 45.a
 Heretici Valjenses diuersis è rebus varia nomina sortiti sunt 48.b
 Hæresibus via quomodo occludatur 134.a
 Hæresis crimen notionis Ecclesiasticorum iudicium est 153.a
 Heretici Lugduni igne consumpti 111.a
 Henricus annos natus 28. rex appellatur 7.b. celebri pompa Lutetiã ingreditur 42.a. exercitum lustrat 73.a. Metim ingreditur ibid. Bononiam ingreditur 48.a. acie ad Cameraci portas instruit 105.b. ipsius ad Eduardū munera 47.b
 Henrici argenteum signum diuę Mariæ templo Bononię oblatum 48.a
 Henricus Paulo Pontifici auxiliatur 138.b
 Hildegardę regiņę sepulchrum 93.b
 Hornus Comes 154.b
 Hostes in Campania cæsi

Humanitas Guyſię Ducis in Caſa-
rianos 101.a
Humium caſtellum aſtu ab Anglis
captum 38.a
Humieres ab hoſtibus capitur 127.a

I

I Adinium caſtellum captum
115.a

Iantium oppidum direptum 139.a

Ialla captus ab hoſtibus 127.a

Ieſuitarum author Petrus Cataſa
125.a

Iccius portus 150.a

Ioannes Brugierra viuis crematur.
24.b

Ioannes Broſſe Britanię Ducatu
cedit Henrico 134.b

Iohannes valla 20.a

Iohannes Medices Florentię prin-
cipem locum obtinet 8.a

Iohannes thierrus 20.a

qui Immanes à tributo 6.b

Iudiciam de hæreticis Lotharingo
& Borboni Cardinalibus permis-
ſum 152.b

Igni & aqua Valdenſibus interdici-
tur 52.b

Iudices & magiſtratus perpetui 4.b

Inducię inter Henricum & Anglię
regem 22.a

Inducię cum Turcarum imperato-
re 17.b

Inducię quinquennales inter Phi-
lippum & Henricum 135.a

Iullius Pont. Cęſarem in belli ſocie-
tatem induxit 62.a

Iureum oppidũ expugnatur 124.a

Iſidiom iteratò captum à Cęſaria-
nis 104.b

L

L Andricium oppidum Cęſa-
ris vires gallica virtute cõ-

ciderunt 97.b

Latrunculatores præter paucos à ſuo
munere remouentur 132.b

Laurencius medices Vrbinatum du-
catu ornatur 13.a

Leonora in hiſpaniã reuertitur 137.a

Lex de præſidialibus 64.a

Lex de exheredatione filiorum
qui inuitis parentibus nuptias
contraxerint 140.

Lex Salica regno Gallico prope cõ-
ua 2.a

Lex de Curionibus 141.a

Lex de Curia ſumma ſenatus in Bri-
tannia prouincia 114.b

Lex in blaſphemantes 9.a

Lex de edificiis in plateas prominẽ-
tibus lata 133.a

Lex de Scribis Pontificiis 53.b

Lex de contractibus 65.a. de appen-
ſione carniũ ibidem. de Lute-
ranis ibidem. & verſo

Licenciati qui dicantur 7.b

Libertatis recuperãde cauſa Sener-
ſes in Cęſarianos arma mouent.
92.a.

Limium caſtellum expugnatur 89.a

Liberę ciuitates 75.b

Ligures ſe ſuãque ciuitatem Gallo-
rum ditioni olim tradiderunt
108.a. Crebris ſeditionibus agi-
tantur 108.b

Libellorum ſupplicum magiſtri 4.b

Ligurum ſtrages. 121.a

Lictonorum oppidũ euerſum 90.b

Libros Geneuę impreſſos typis ex-
cudi prohibitum 24.a

Ligures rebus Gallorum infeliciter
geſtis ab eorum fide diſcedunt.
109.a

Litere Franciſci ad Senatum Aquẽ-
ſem 56.a

Lites in longissimum tempus protrahuntur	6.a	finitimis regionibus praeficitur	80.b
Lollardi	48.b	Maria Regina Campaniae fines depopulatur	104.b
Lotharingia suos regulos retinuit	1.b	Mariamons Regia Mariae Vngariae Reginae ab Henrico evertitur	117.a
Lotharingia Dux in Galliam mittitur	72.b	Magister princeps senatus parisiensis	161.a
Londinae Angliae Metropolis.	112.a	Magistratus regij de haeresis crimine quando possunt iudicare	133.b
apud Lincium oppidum Germani Principes de pace acturi conveniunt	77.b	Malobeuga oppidum incensum	117.a
de Lugdunensium mercatum immunitate lex	115.a	Mariamonte Henricus evertit	117.a
Lugdunenses pauperes	48.b	Mariaburgum oppidum tertio oppugnationis die captum	115.b
Lutetiae fabrica nummaria instituitur	69.b	Margareta Henrici soror Emmanuelli nuptum datur	158.b
Ludovicus Farnesius opprimitur	21.b	Maria Angliae regnum obtinet	111.b
Lutherani igne consumpti	42.a	Mariae vngariae Reginae ad Carolum fratrem oratio	132.a
Luxemburgiorum fines depopulatur Henricus	82.a	Maria Scotorum Regina in Galliam traducitur	32.b
de Lutheranis iudicia instituta	9.b	Maria Regina Angliae Henrico bellum denunciat	141.a
Lusignanienses Marignano se permittunt	120.a	Mauricius saxo Electoratu ornatur	fol. 24. b
	M	Martinus bellaynus Langeus	fo. 20. a
		Masencalus Tolosanae curiae princeps	64.b
		Martinus Lutherus	15.a
		Marchiones qui	fo. 6. b
		Mariae Angliae Reginae mors pacis colloquium diremit	157.a
		Merindolium oppidum haeticorum refugium	fo. 49. a
		Mercatus quatuor immunes Lugdani	114. b
		Merindoliorum mores & vita	50. a
		Metenses crebris eruptionibus Caesarianos fatigant	100. a
		Mercuriale Parisiensis senatus	158. b

Mevindoliorum fuga	52. a	tus infamia notatur	156. a
Melita à Turcis fruitrà expugnatur		Monflambertini incensis tabernaculis f. giant	fo. 43. a
59. a		Monticellenses capti	107. b
Mendicantium inopiæ prouidetur		Mors Caroli V. Philippi patris	157. a
fol. 23. a		Mors Henrici	162. b
Metis regni Austrasiæ Metropolis		Mores incolarum Haldreaniæ regionis	74. b
93. b		Moresum Scotorū oppidum	f. 36. b
Metensi ciuitate Mommorātius positur	72. a	Morte aut frigore consumptorum in oppugnatione Metensi Casarianorum numerus	101. a
Missam impij cultus Angli damnant	fo. 24. a	M lcta Burdegalsium	31. a
Minores 30. annis in senatum recipi prohibentur	fo. 23. b	Murium execratio	49. b
Minardus præses	161. a	Munus legatorum Pauli. IIII. Pont. ad Henricum	138. a
Michaelium oppidum	95. a	Myrtous lacus historiis veterum celebratus	39. b
Militiam delectus	fo. 3. a		
Mirandola spurius	43. a		
Michaëlea annuatim celebrantur	fol. 3. b		
Michaëlis delubrum	fo. 3. b		
Mirandola oppugnatur	fo. 55. a		
Molineus ab exilio reuocatur	74. a		
Molinei commentarij	68. b		
Mommorantius olim Baronia, ducatus dignitate ornatur	fo. 63. b		
Mommorantius se à captiuitate redimit	157. a		
Mompenseriorum dux capitur in Quintiniana pugna	145. a		
Mommedienses Henrico se dedunt	88. b		
Mogis cædes	fo. 21. b		
Mongommerius Henricum hasta percussit	162. b		
Monscatinus	118. b		
expugnatur à Marignianis	119. a		
Monscaluus oppidum astu expugnatur	130. b		
Montechiani oppressi	fo. 58. a		
Moninius necatur	29. b		
Monsalcinus oppugnatur	108. a		
Monerius Prætoris Parisiensis legatus infamia notatur			

N

N Aues Hispanorū capte	128. b
Nazius prouincialis præfectus militum	109. b
Nemoroso Anthonius Borbo infensor, & causa	153. b
Nemausum aquis obrutum	149. a
Niellanum castellum	151. a
Niuernus Vittonem incendit	96. a
Nocetanum castellum	fo. 56. a
Nobilitas transit ad hæredes	fo. 3. b
Nobilitati dies prestituta	146. b
Nobilitas quibus confertur	fo. 3. b
Nomina Valdensium hereticorum varia	48. b
Nomophilax	fo. 4. b
Nostradamus Vicecomes	145. b
ex Numero principum pares qui	fo. 2. b
Numismata noua in vulgus sparguntur	fo. 19. a
Nuptiales cōditiones Philippi His-	

I N D E X

spaniæ Regis & Mariæ Angliæ Reginae	112.b	thor	125.a
quæ Nuptiæ capiendæ vrbis occasione dedere	124.b	Pax finalis inter Henricum & Philippum reges	157.b
ex Numero pontificû pares qui	2.a	eius conditiones	ibidem.
Nuptiæ Philippi Hispaniæ Regis & Mariæ Angliæ Regiæ	121.b	Pax inter Gallos & Anglos	47.a
Nuptiarum celebratio inter Claudiam Henrici filiam & Lotharingiæ ducem	157.b	Pacis fœdus percussum cum Elysbetha Angliæ Regina	158.b
O		Pecunia ad muniendam Lutetiam decreta	102.b
Occitani	68.b	Petrus Lizetus abrogare magistratum cogitur	46.a
Ordines regnitres	2.a	Philippus Cleuius Genuæ præses	108.b
Ostavius neglecto Cæsare Henrici partes sequitur	55.b	Philippi legati Lutetiæ Philippum cum Elysbetha Henrici filia despondent	162.a
Officium & munus aduocatorum regionum	5.a b	Philippici sub Gallorum specie Nouiodunum ingrediuntur	149.a
Officium Cancellarij	4.b	Philippi ad patrem oratio	131.b
Oratio Cardinalis Lotharingi ad Verodunenses.	83.a	Philippus Augustus vna die sexcentos hereticos flammis cremari mandauit	161.a
Oratio funebris de morte Francisci	10.a	Pontificios ritus Elysbetha Angliæ Regina, Anglia exigit	157.b
Oratio Guyse Ducis ad suos milites	96.b	Pontifex Max. rerum Eccl. moderator	9.b
P		Pontificis Maximi nomen omni in populo sanctissimum	6.b & 7.a
Pallium ianthinum	18.a	Pontificij scribæ ad certum numerû reducuntur	53.b
Palatinus comes pro Gallicis protestantibus Henricum deprecatur	147.b	Pontifici Ro. soli de rebus Ecclesiæ licet decernere	25.b
Patma fluius	56.a	Præsides in singulis præfecturis creati	141.b
ipsius origo	ibidem.	Præfectus equorum regionum	4.a
Parisiensis senatus cæteris præstantior	5.a	Præfectus S. Cubiculi	4.a
Parisiensis senatus ad Henricum oratio	133.a	Per equatores & Electi	6.a
Pares sedent in Senatu	2.b	Præfectura summa totius belli Guyse defertur	150.a
Pares Franciæ xii.	2.a	Prætorium Cameracensis Episcopi conseruatur.	
Patres Tridectini libellum euulgant	60.a	Prælium naualle inter Hispanos &	
Patriciatus galliæ nomine Mommorantius illustratur	63.b		
Paulus 1211. Pont. Iesuitarum au-			

Dieppenses	128.b 131.a	Rex sub vtraque specie communi-	
Principes Anglię nonnulli securi		cat	19.b
percussi	112.b	Rex nobilitat eos qui in bello forti-	
Principum in Quintiniana pugna		ter egerint	3.b
captorum numerus	145.a	Rotę supplicium	14.b
Prouidentia Guyse Ducis	96.b	Risbanum castellum	151.a
Prouincię gallię sunt	14. fo.3.b	Rumores varij de nocturnis Hęre-	
earum nomina, Regnum ineun-		ticorum cōuenticulis	147.a
te Henrico, quę.	4.a	Rupellanis parciť Franciscus	14.b
Prouincię gallię in p̄fecturas mu-		S	
nicipales diuisę	5.b	Sacri cubiculi p̄fectus	41.a
Proles Francisci	11.a	Sacerdotum impudicitiam ca-	
Procuratori Lotharingię p̄fici-		stigare Regiis magistratibus per-	
tur N. Valamontanus	72.b	missum	64.b
Procurator regius	5.a	Sacrifici cuiusdam audacia & mors	
Pugna Quintiniana	145.a	39. b	
Q		Salina lex promulgatur	113.a
Questores	69.a	Salinarum p̄fecti occisi	26.a
Questores Thesaurarij	6.a	Salinis vectigal impostum	26.a
Questor cracij sanctioris	69.a	Sanguis Henrici ad Iul. Pont. le-	
Questor criminum instituitur	132.b	gatus carcere includitur	120.a
Quintiniam expugnatur	146.a	Sanctius consilium	4.b
R		Scoti seminudi & eorum arma	34.a
Agazola oppidum	58.b	Scotorum in Anglos odium	39.a
Regij scribę quot sunt	4.b	Scoti cuiusdā egregiũ factum	34.a
Regię familię magister	4.a	Scoti suis sumptibus merent	34.b
Regnũ Gallię tres habet ordines	2.a	Scotica gens Gallorum amica	33.a
in Regno quid extimescendũ	86.a	Scribę Regij 4.	fo.4.b
Reges Gallię primigenij Ecclesię		Sedes Austrasię regum	86.b
filij nominantur	61.a	Senatorum Curię	5.a
Regiorum equorum p̄fectus	4.a	Senatores quosdam hęresis insinu-	
Regni Gallorum antiquitas	1.b	lat Bordin ^o Regius cognitor	159.a
Regnum Gallię transit ad hęredes		Sententia Hęresim necne sapiat	
agnatos mares tantum	2.a	quis iudicare debeat	133.b
Regia familia 4. habet sup̄fectos		Sericum pallium	18.a
4. a		Seruetus Geneuę igne torretur	111.b
Regulos Lotharingia retinuit	1.b	Sexcenti hęretici vna die combasti	
Rhemis omnium artium schola cō-		161.a	
stituitur	45.b	Silua Cedua	57.b
Rei militaris ratio	3.a	Sigillorum regionũ custos quo no-	
Rempubicam multitudini cōmit-		mine appellatur	4.b
tere periculosam est	85.b	Stati dies	5.a

Stena oppidum expugnatur	81.a	Tizanium castellum	58.a
Stipendia militum aucta	44.b	Toga aurea talaris	18.a
Strages exercitus Gallici	145.a	Toga coccinea serica	11.a
Strages Germanorum	107.b	Tolosanę curiæ senatusconsultum	64.b
Strag. s. Marignianorum	114.a	Torchiarę expugnatio	58.b. 59.a
Strages ingens Cęsarianorum	118.a	Torquati milites	3.b
Strossa tribunus militaris tormento ictus moritur	155.a	Traiectus à Caletō in Angliam bre- uissimus	150.b
Strossa Cęsarianos agreditur	57.a	Tridentinum Concilium	59.b
Strossę virtus in summis periculis	125.a	Tribuni militares magistro militum adiuncti	2.b
Strossa Florętinus exul. 113.b ab op- pugnatione propugnaculi Senen- sis repellitur	114.b	Tullum Mommorantius occupat.	71.b
Snaphei rapaces Galli qui dicuntur.	74.b	Tunetana victoria	ibidem.
eorum sedes & domicilia ib.		Turris ornata castellum munitissi- mum	43.b
Superbiebat Cęsar multorum prin- cipatum titulis	97.a	Turenus procomes in Quintiniana pugna cecidit	145.a
Suppreffeti familię regię 4. fo. 4.a		Tuydelia Scotiæ prouincia	39.a
Supplicij nouum genus	31.b		

T

T abernę à quo edificatę	75.b
Templa euerfa	93.b
Teroana obsidione premitur	103.a
capta & euerfa	103.b
Termes auxiliariis copiis præfici- tur	55.b
Termes Hefio succedit	41.a
Termes Henrici in Italia legatus cum exercitu in Corsicam appel- lit	109.a
in Tenebris etiam res parę viros fortes timore replent.	fo. 37. b
Theophilus Comes	113.b
Theouille situs	154.b
Thous præfes	160.b
Thomas Albena Florentinus exul.	113.b
Ticiniana victoria	97.a
Tigurini Henrico offensi	121.b

V

N. V Alamontans Lotharingiæ procuratori præficitur	72.b
Valdenses hæretici.	48.a
Veruinius capite plectitur	42.a
Viceburgenses se à Catholica Eccle- sia segregant	77.a
Vincennis Ascotius includitur	105.a
Vnderualęses Henrici partibus fa- uēt	121.b
Vulpianum oppidū captum à Gallis 130.a euertitur	ibidem.

Y

Y olam oppidum Senęsium Ma- rignanum expugnat	113.b
Yuoenses desperatis rebus Henrico se dedunt	88.a


Vacua nempe quædam spacia relicta à se cum excudendos libros daret ante cognomina illustrium quorundam virorum fuisse, ut ea repleti prænominationibus possent, quæ historiam scribens ignorabat: sicque ea fore restituenda.


Fo. 9. a. lin. 22. Francisco. lin. 23. Claudio. fo. 41. a. li. 4. Paulus. fo. 42. a. lin. 17. Eduardus. fo. 46. b. li. 25. Catharin. ar. fo. 51. a. li. 11. Iacobum. fo. 64. b. li. 17. Ioannes. fo. 118. a. li. 11. Gasparè Salictetum. fo. 159. a. li. 7. Egidius.


Præter hæc Annotationes atque indicem non à se, sed à docto quodam viro conscripta fuisse in eiusdem lectoris gratiam.

Errata verò nonnulla quæ partim exempli malè descripti vitio, partim operarū culpa irreperitur, ita corrige. fo. 1. b. li. 12. pro præterquã præter. fo. 2. b. li. 21. post verbum videtur adde ut. fol. 4. a. li. 21. pro alijali. fo. 5. b. li. 13. post verbum viri pro togati, lege legati. fo. 6. a. lin. 25. Thefaurarios. lin. vlt. præscriptam. fo. 7. b. li. 1. pro orationis lege eruditionis. lin. vlt. pro præhibent, præbent. fo. 11. b. pro maioribus lege moribus. fo. 13. a. lin. 26. deicere. b. post Fontarabia adde capta. fo. 14. a. lin. 25. post coërcendis adde adhibendam. b. post fuit adde que. fo. 20. a. li. 24. exhilararet. fo. 26. b. pro idem. fo. 30. a. lin. 17. pro vbi vibi. fo. 35. a. lin. 3. pro &, ut. fo. 38. b. li. 1. & 2. impetrarunt. fo. 40. b. lin. 8. portam. fo. 42. b. lin. 15. pro &, è fo. 48. b. lin. 5. Cynicorum. fo. 61. a. li. 7. pro è se, à se. fo. 63. b. lin. 1. post profectiorem appone necessaria. li. 26. post beneficij adde leco. fo. 64. a. li. 12. dele ni. fo. 65. a. li. 20. dele statim. fo. 66. a. li. 23. post scholis adde erunt. fo. 80. a. li. 5. & 6. afferendæ. fo. 84. a. pro vni, vlli. fo. 98. b. li. 10. pro expectare, expectate. postea dele debetis. lin. 16 & 17. franciscalis. fo. 100. a. lin. 17. expedita. lin. 22. dele N. fo. 105. a. lin. 1. post aliis adde que. fo. 106. a. lin. 4 æquus. fo. 112. b. li. 14. filia. fo. 114. a. lin. 18. pro ac lege ad. fo. 116. a. li. 26. colloquetur. di. fo. 117. b. lin. 18. triginta. fo. 120. a. lin. 2. officia. fo. 122. a. lin. 19. post diu òsque adde veniam. fo. 123. a. lin. 2. dele eo. b. lin. 19. dele intelligeret. fo. 129. li. 24. Saniacium. fo. 130. a. lin. 5. post iis adde que. b. lin. pen. desiderant. fo. 133. b. li. vlt. post à quibus adde appellabitur. fo. 136. a. lin. 19. faciat. fo. 137. b. li. 26. qui. fo. 142. b. lin. antep. pro pars nonnulli. fo. 143. a. li. 8. trefcus. fo. 144. a. lin. 20. fere. b. lin. 25. Brunsvicus. fo. 145. b. li. 23. post factu adde Castillio. fo. 147. lin. penult. post Campana adde que. fo. 148. b. lin. 10. pro quique quicumque. fo. 149. b. perlatum. fo. 151. b. lin. 5. protegerentur. fo. 152. a. li. 1. post spacio adde Angli. fo. 150. a. lin. 7. dele à nostris. lin. 8. post capta adde ab hoste. fo. 157. a. lin. 13. post populorum adde Philippus. fo. 159. a. lin. 20. post denique adde à. fo. 162. a. li. antep. parque. b. li. 12. delititque. Puncta vero inuersa quibusdam locis ex sensu corrigito.

The first part of the book is devoted to a general
 description of the country, its climate, soil, and
 productions. The author then proceeds to a
 detailed account of the various tribes and
 nations which inhabit the country, and
 describes their manners, customs, and
 constitution of government. He also
 mentions the different religions which are
 professed by the several nations, and
 the different languages which they speak.
 The second part of the book is a
 history of the country, from the first
 discovery of it by the Europeans, to the
 present time. He relates the various
 wars and revolutions which have
 happened in the country, and the
 different states of the country at
 different times. He also mentions the
 different treaties and alliances which
 have been made by the several
 nations, and the different successes
 which have attended them. The third
 part of the book is a description of
 the different parts of the country, and
 the different cities and towns which
 are situated in it. He describes the
 different manners and customs of the
 several nations, and the different
 constitutions of government which they
 have. He also mentions the different
 religions which are professed by the
 several nations, and the different
 languages which they speak. The
 fourth part of the book is a
 description of the different parts of
 the country, and the different cities
 and towns which are situated in it.
 He describes the different manners
 and customs of the several nations,
 and the different constitutions of
 government which they have. He
 also mentions the different religions
 which are professed by the several
 nations, and the different languages
 which they speak.







OCM 51486854

